SANCTORUM TRIUM EPISCOPORUM RELIG.IS BENED.NAE LUMINUM, ISIDORI HISPALENS...

Costantino Gaetano

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
31 E
19

K. 747.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



SANCTOR. TRIVM EPISCOPOR.
RELIG.[us] BENED.[nae] LVMINVM,
ISIDORI HISPALENS.
ILDEFONSI TOLET.
GREGORII CARD. OST.
VITÆ, ET ACTIONES,
A. D. CONST.[mo] CAIETANO SYR.[no]
S.[mi] D. N. A SACRIS LRĀR. MONIMĒT.[us]
et Abb.[e] S. Baronti ex Congreg.[e] Caſinen. Ord.
S. Bened. recenſitæ, ac Notis illuſtratæ.

Additæ ſunt ex ſua Biblioth.[a] aliquot eiuſdem S. Iſidori Scripta nondum edita.

AD PHILIPPVM III.
HISP.[ar], SICILIÆ, INDIAR.
REGEM CATHOLICVM.

BIBL. S. PVDEN.
Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

Cæſar Fidelis Viceſgerens.

Ex commiſsione Reuerendiſs. Patris Fr. Hyacinthi Petronij Romani, Ord. Præd. & Sacri Palatij Apoſt. Magiſtri, Vidi, & legi Librum, cui titulus eſt: Sanctorum trium Epiſcoporum, Religionis Benedictinæ Luminum, Iſidori Hiſpalenſis, Ildefonſi Toletani, & Gregorij Cardinalis Oſtienſis; Vitæ, & Actiones, a Domno Conſtantino Caietano, Syracuſano, Abbate S. Baronti recenſitæ, & Notis auctæ: poſſeq. prælo committi exiſtimaui: quod nihil Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus contrarium continere, & ad rem hiſtoricam illuſtrandam plurimum conferre videatur. Romæ die 9. Ianuarij, 1616.

Fr. Abraham Bzouius S.T.Mag. Ord. Præd.

Imprimatur. Fr. Gregorius Donatus Romanus Mag. & Reuerendiſs. P. Fr. Hyacinthi Petronij Rom. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri Socius, Ord. Prædic.

BIBLIOTECA NAZ.

Digitized by Google

Index huius Operis.

1 EPiſtola Dedicatoria ad Philippum III. Regem Catholicum.
2 Præfatio ad Archiepiſcopum Hiſpalenſem, ac Epiſcopos Legionenſem, & Carthaginenſem Spartariam, earumq. Ciuitatum Magiſtratibus.

In Prima Parte de S. Iſidoro Hiſpalenſi.

3 Teſtimonium Martyrologij Romani. pag. 1
4 Vita per Braulium Epiſcopum Cæſarauguſtanum. 1
5 Conſtantini Abb. Caietani in eamdem Nota, & var. lect. 3
6 Braulij Epiſcopi teſtimonium. 4
7 Eiuſdem Abbatis Notæ. 4
8 Anonymi Benedictini teſtimonium. 6
9 Eiuſdem Abb. Not. 6
10 Ildefonſi Toletani teſtimonium. 6
11 In idem Not. ac variæ lectiones. 7
12 Obitus Iſidori a Redempto deſcriptus. 7
13 In eumdem Not.
14 Epitaphium Beatorum Leandri, Iſidori, & Florentinæ. 10
15 In idem Notæ. 11
16 Vita, quæ in diebus Feſtis legitur. 14
17 In eamdem Not. 15
18 Teſtimonium Lucæ Tudenſis. 15
19 Teſtimonium Lucij Marinæi. 16
20 De Benedictino Iſidori Monachatu. 18
21 Inter Romanæ Eccleſiæ Doctores Iſidorum poſſe connumerari. 23
22 Eiuſdem mortis annus ſtabilitus. 38
23 Sua in Eccleſia deceſſiſſe probatur. 39
24 Sacrum eius Corpus Legione in Hiſpania requieſcere. 42
25 Conſtantini Abbat. Caiet. Præmonitio ad Lectores de Scriptis quibuſdam S. Iſidori. 46
26 Sermo S. Iſidori de Natiuitate Domini. 46
27 In eumdem Not. 47
28 Eiuſdem Sermo de Sanctis Angelis. 47
29 In Eumdem Not. & variæ lectiones. 49
30 Eiuſdem Commentariorum Fragmenta in Regulam S. Benedicti. 56
31 In eadem Fragmenta Not. & variæ lect. 73
32 Eiuſdem de Conuerſis ad Monachos liber. 76

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

33 *In eumdem Not. & variæ lectiones.* 91
34 *Eiuſdem Epiſtola ad Maſonem Epiſcopum.* 97
35 *In eamdem Not. & variæ lect.* 99
36 *Prologus in eiuſdem Synonimorum Libros.* 101
37 *In eumdem Not. & var. lect.* 102
38 *Oratio, vel Confeſſio eiuſdem.* 103
39 *In eamdem Not.* 106

In Secunda Parte de S. Ildefonſo Toletano.

40 *Præfatio ad Toletanum Primatem, ac Zamorenſem, & Ouetenſem Epiſcopos, earumdemq. Ciuitatum Magiſtratibus.* 107
41 *Teſtimonium Martyrologij Romani.* 108
42 *Vita per Iulianum Epiſc. Toletanum.* ibid.
43 *In eamdem Not. & var. lectiones.* 110
44 *Item alia per Iulianum Diac. Tolet. ſeu potiùs Cixilam Toletanum Epiſcopum.* 111
45 *In eamdem Not. ac var. lect.* 114
46 *Vita, quæ in diebus Feſtis legitur.* 117
47 *Teſtimonium Roderici Archiep. Tolet.* 118
48 *Teſtimonium Lucæ Tudenſis.* 119
49 *Teſtimonium Vincentij Belnacenſis.* ibid.
50 *Teſtimonium Lucij Marinæi.* 120
51 *Benedictina illius profeſſio, ac certum ætatis tempus.* 120
52 *Eum a Deipara Virgine, cæleſti Caſula donatum fuiſſe.* 129
53 *De ſacra eius Sapientia, & Libris.* ibid.
54 *Gomeſani Abbatis Ildenſis, in eius Librum de Laudibus Virg. Mariæ, Animaduerſio.* 130

In Tertia Parte de S. Gregorio Card. Epiſc. Oſtienſi.

55 *Præfatio ad Epiſcopum Pampilonenſem, eiuſq. Ciuitatis Magiſtratum.* 132
56 *Teſtimonium Lucij Marinæi.* 133
57 *Teſtimonium Thomæ Trugilli.* 134
58 *Eiuſdem Vita per Domnum Conſtantinum, Abbatem Caietanum, conſcripta.* 135
59 *In eamdem Obſeruationes.* 141
60 *Addenda ad Iſidorum Hiſpalenſem, & Ildefonſum Toletanum.*
61 *Index rerum, ac verborum.*

Digitized by Google

Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis,

ARCHIEPISCOPO HISPALENSI, AC LEGIONENSI, ET CARTHAGINIENSI, EPISCOPIS,

Atque præclariſſimis earum Ciuitatum Prætoribus, ac Senatoribus,

Domnus Conſtantinus Caietanus, Abbas S. Baronti, Congregationis Caſinenſis, Salutem, & Felicitatem.

HIſpania veſtra (Ampliſſimi, & Religioſiſſimi Præſules: atque Clariſſimi, & Ornatiſſimi Viri) quæ inter Principes Chriſtiani Orbis Prouincias, omnium confeſſione meritò numeratur, multas quidem ob cauſas, eaſq. iuſtiſſimas, tantum ſibi nominis, & gloriæ comparauit. Verùm illa eſt, mea ſententia, laus eius mirifica, & ſingularis: quòd cum in vltimis Occidentis finibus ſita ſit, Iuſtitiæ tamen Solem humano Generi exortum, ex Apoſtolicæ prædicationis Tuba, immo Tonitrui Filio, inde ab ipſis Eccleſiæ naſcentis exordijs agnouit: & per ora Sanctorum, quos omnibus ætatibus e ſuo gremio protulit, & adhuc proferre non ceſſat, cæteris etiam Gentibus promulgauit. Poſſem hoc loco commemorare Laurentios, Vincentios, & ſexcentos alios: Qui* Ieſu Chriſti nomen *(vt diuinis verbis vtar)* coram Gentibus, & Regibus portauerunt: *Quorum laudibus plena eſt omnis Sanctorum Eccleſia. Sed de ijs tantùm in præſentia mihi ſermo eſt, qui præclaris Scriptis, & ingenij monimentis rectæ Fidei normam, & piè viuendi rationem poſteris tradiderunt. De illis, inquam, qui in ſacris Litteris apud Danielem glorioſo præconio celebrantur:* Qui autem, *ait,* docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. *Horum in numero ſicut ſanctitate clariſſimus, ita etiam librorum copia, ingenij vbertate, facundia, & doctrinæ pondere præcipuus, aut certè inter primos, S. Iſidorus Hiſpalenſis eſt reponendus. Habet in illo, quod iuuentus diſcendi cupida delibet, quod curioſitas admiretur, in quo mens perfectæ vitæ ſtudioſa proficiat, quod ſanctitas reuereatur, quo denique ſacra Magni Benedicti Religio, Magnorũ Virorum ferax, & fœcunda, glorietur. Sed quorſum iſta de Iſidoro apud Vos prædico, quem non modò ſplendidiſſima Ciuitas Hiſpalenſis, quæ tanto Præſule exultat: nec ſola Legio, quæ ſanctiſſimis eiuſdem pignoribus ſe beatam credit: nec Spartaria Carthago dumtaxat, illius Regiæ Stirpis natale ſolum:*

* Et impoſuit (Chriſtus, ait Marcus c. 3) Simoni nomen Petrus: & Iacobum Zebedæi, & Ioãnem fratrem Iacobi: & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt Filij Tonitrui.

Act. 9.

Dan. 12.

lum: ſed omnes Hiſpaniæ Ciuitates Patronum prædicant, & venerantur? Huius igitur Viri Actiones, & Scripta quædam ex vetuſtis Codicibus a me nunc primùm edita, & accuratiùs recognita, Vobis (Ampliſſimi Præſules, atque Clariſſimi Magiſtratus) deſtinare placuit: Quibus non dubito, vt illius memoria apud omnes propagetur, præcipuè cordi eſſe. Et ſanè (ſi verum fateri volumus) publicæ vtilitatis intereſt, S. Iſidori Libros a veræ ſapientiæ ſtudioſis, nocturna, diurnaq. manu verſari. Sed finem dicendi faciã, illud tantùm ſilentio non omittens: me ſi vobis hæc placuiſſe cognouero, alia etiã non minoris momenti Opera in commune bonum euulgaturum, ac veſtræ humanitati, & beneficentiæ gratiam perpetuò habiturum. Valete, Romæ, ex Palatio Apoſtolico, Prid. Non. April. ipſo die Feſto S. Iſidori, Anno Chriſti MDCXVI.



Digitized by Google

PHILIPPO III REGI CATHOLICO ET POTENTISSIMO,

CONSTANTINVS ABBAS CAIETANVS, Sedis Apoſtolicæ a Sacris Litterarum Monimentis, ſalutem, & fœlicitatem.

PHILIPPVS æternæ memoriæ Rex maximus (PHILIPPE Regum maxime) pater tuus, nō modò ampliſſima Regnorum ſpatia, quorum ipſe in poſſeſſionem tranſiſti, prudentia illa, in qua prodigam habuit naturam, mirificè conſeruauit, & inuicta animi magnitudine, qua pollebat, extendit: verùm etiam zelo catholico exardeſcens, ne latum quidem vnguem populos ſuos ab Eccleſiæ Romanæ obedientia, quam perpetuò excoluit, diſcedere paſſus eſt. Locupletiſſimè ſiquidem notum erat Regi ſapientiſſimo, Fidem integrè cuſtoditam vnicum eſſe, ac tutiſſimum Regnorum præſidium. Quamobrem, vt ea vigeret firmior, & propagaretur, homines, qui vel vitæ ſanctitate, vel virtutibus, aut litteris eſſent inſignes, egregiè fouit: eorumq. ſcriptorum monimenta Chriſtianæ Reipublicæ bono dicanda, pereximiè curauit. Vt alios nunc præteream, ſit inſtar omnium Iſidorus, Benedictini Ordinis grande decus, cuius libros ille conquiſitis vndi-

Philippus II. Prudens, Hiſpaniarū Rex.

S. Iſidori Scripta vbique cōquiſita prælo mandari præcepit.

†††   que

Digitized by Google

que ex Hiſpania, & Italia manuſcriptis codicibus; ac etiam ſelectis quibuſdam viris doctiſſimis, Ioanne videlicet Lopio Velaſco, Aluaro Gomecio, Antonio Auguſtino, Petro Ciacono, Antonio Couarruuia, Garſia Loayſa, Ioanne Baptiſta Perezio, Ioanne Mariana, Ioanne Griali, alijsq. caſtigandos, illuſtrandoſq. mandauit. *Cum itaque iſtorum, quibus hæc cura commiſſa fuerat, inſignis opera extiterit* (Ioannis Griali ad te Regem Catholicum ipſa ſunt verba) *illorum exemplo ſperamus etiam fore: vt alij non noſtri modò, ſed externi etiam eruditione præſtantes viri, in id iam nobiſcum certatim conſpirent: vt laborioſiſſima Hiſpani Doctoris excerpta ſtudio ſuo perueſtigare porro pergant, fortunaſq. noſtras opibus ipſi ſuis conſtabiliant.* Propterea ego, Catholice Rex, cum pluribus annis Apoſtolicæ Sedi, Clementis VIII. & Pauli V. Pontt. Maxx. benignitate allectus, & mea quoque erga illam Eccleſiarum omnium Principem reuerentia, atque animi propenſione, labores meos conſecraſſem; vt tibi pariter, cui (Regi meo, ac Domino) ſum ſeruus deuinctiſſimus, vigiliarum mearum aliquid impertirer, en cum eodem Iſidoro alia duo Hiſpaniæ, ac S. Benedicti Religionis Lumina, Ildefonſus Archiepiſcopus Toletanus, Iſidori diſcipulus, & Gregorius Card. Epus Oſtienſis. Quorum Acta, Scholijs a me illuſtrata, quibuſdam Iſidori lucubrationibus ditata ſunt, quæ nondum Hiſpanis, ne dicam nationibus reliquis, adhuc innotuere. Et quidem quanta fuerit Ildefonſus, vel doctrina, vel integritate ſuſpiciēdus, inde patet, quòd propter eloquentiæ ſuauitatem Chryſoſtomus, id eſt, os aureum, vocatus eſt: & propter doctrinæ firmitatem Ancora Fidei. Quid de eius ſanctitate dicam? quandoquidem Deiparens Virgo ſacratiſſima non ſolùm alloquio eum dignata eſt, ſed veſtem etiam cæleſtem, qua in

Io. Grial. Epiſt. præfix. oper. S. Iſid. edit. Matriti.

Ildefonſi Toletani ſanctitas, & doctrina.

facienda

facienda re diuina vteretur, tradidit. Res Gregorij geſtas tertio loco afferam. Is ille eſt, qui ex Benedictino etiam Abbate Tranſtiberini Monaſterij Sanctorum Coſmæ, & Damiani, cognomento ad Micam Auream, S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, & Bibliothecarius, doctrina itidem, & ſanctitate, ac ſpiritu prophetiæ illuſtris ante ſexcentos annos, e latere in Hiſpaniam Legatus, cum vniuerſam regionem illam a peſtifero locuſtarum examine liberauit, tum etiam corpora a languoribus, & animas a vitijs ſua prædicatione reuocauit: hodieque prope Pampilonam Nauarræ Regiam compluribus clareſcit miraculis.

Gregorij Rom. Eccleſ. Card. Ep. Oſt. & Bibliothec. Sanctitas admirabilis.

Redeo iam ad Iſidorum regio Gotthorum ſanguine, a quo ipſe (Rex Catholice) genus ducis, prognatum: Sanctorum Leandri, ac Fulgentij, & Florentinæ Virginis etiam Benedictinorum fratrem, Hermenigildi Hiſpaniæ Regis, & Martyris auunculum. Illum, inquam, non modò Hiſpalenſium, ſed vniuerſæ quoque Hiſpaniæ Paſtorem, Doctorem, Legiſlatorem, atque Defenſorem. Habuit Hiſpania, quo Benedictinus gloriari adhuc poſſit ordo, innumeros ferè Martyres, Doctores, Confeſſores, Virgines, immo Reges, & Heroas alios, omni virtutum genere præſtantes. Verumtamen vnus ſufficiat Iſidorus. Sed quis poterit eius laudes, vel a doctrina, vel a probitate, vel a permultis alijs, quibus ornatus erat, virtutibus recenſere? At cum multa dici poſſint, non niſi admirabile vnum, vel alterum erga Regiam videlicet Hiſpaniæ coronam, hìc referre non pigebit. Perantiquum veritatis teſtem habeo, Lucam Diaconum Tudenſem: Quia Imrator Ildefonſus vnicè, inquit, colebat Deum, ipſe pariter dilectus Deo, Sanctorum meruit auxilium. Deſciuerant ab eo milites, ſolus, vel cum paucis deſtitutus, inundante

Iſidori regium Gotthorum Stemma.

Hiſpania Benedictinis quantum debeat.

Luc. Tudenſ. chron. Mũd. libr. 4. pag. 1.4. edit. Francof.

circum Sarracenorum copia, penè torpuiſſet deſperatione, ni præſentem in ſomnis habuiſſet Iſidorum: Indue, *Iſidorus Hiſpaniæ Defenſor.* inquit, animos, propugnator adſum, & defenſor tui, atque generis tui, datus a Domino; abſit metus; vbi craſtina dies illuxerit, pugna fortiter; non tam facilè euaneſcit fumus, quàm fugabitur hoſtis. Surgit ſpe plenus Ildefonſus, confligit, redit onuſtus ſpolijs; vrbs deditur, Sarracenis vitam vnam precario poſcentibus. Latiorem dehinc priori victoriæ fecit viam ſubacta Bæcia. Fatetur miraculum, ſacer conuentus hominum in honorem inſtitutus Iſidori, præterea ſacra domus dicata Domino. Et quia Iſidorus Hiſpaniæ Regibus ſe defenſorem, atque patronum perpetuò promiſerat, mortuo Ildefonſo Imperatore, Fernando Regi eius filio aduerſus Sarracenos, vnà cum Iacobo Apoſtolo in auxilium præſtò fuit. Quod ipſum teſtatur & Lucas *Idem vbi ſupra pag. 106.* Tudenſis: Iſidorus autem Canonico fulſit in vigilia cœnobij ſui theſaurario. Accelera, inquit, & Fernandum Regem conueni, Sarracenos conſpiraſſe ſignifica: protinus obuiam eat; adero cum Iacobo Apoſtolo in certamine. Perrexit illico Fernandus, cum paucis pugna initur; tanta fuit contrucidatio de Sarracenis, vt vix ſupereſſet cladis nuntius.

Parum quidem erat Hiſpanis, ſi in certaminibus, vel contra Mauros, vel alios Chriſtianæ fidei hoſtes committendis, patronum, atque defenſorem Iacobum tantummodo haberent Apoſtolũ; ni Deus Opt. Max. eiſdem etiam concederet ex S. Benedicti Ordine Iſidorum, ſicut antea Paſtorem, & Doctorem, ita deinceps Defenſorem, atque Patronũ. Immo ab ipſis penè Religionis Benedi- *Æmilianus Abb. Hiſpaniæ defenſor.* ctinæ primordijs Æmilianus etiam Abbas ſanctiſſimus vt eidem Iacobo in Hiſpaniæ tutela ſocius adiectus eſt,

ſic

Digitized by Google

ſic etiam ab Hiſpanis Patronus, atque Defenſor acclamatus: quòd multoties viſus fuerat in eorum patrocinium diuinis prodigijs aduerſus Mauros pugnaturus deſcendere: atque (vt de reliquis dicere ſuperſedeam) in vno tantum Martis diſcrimine octoginta millia deleuit. Diuino quippe iudicio factum eſt, vt quemadmodum antea Sanctiſs. P. N. Benedicti ex Æneadum, Iuliorum, Aniciorumq. ſanguine prognati, alumni & ipſi Sanctiſſimi, inter quos Iſidorus præſertim, Leander, & Fulgentius fratres. Ioannes item, ac Braulio ex Theodoſia Regina ſorore nepotes, regio Amalæ familiæ ſtemmate procreati, regiam eamdem Gotthorum Coronam defenderent, ſeruarent, propagarent: ita poſtea Auſtriacum illud ſydus (Philippum dico huius nominis primum, Regem inuictiſſimum, proauum tuum, Philippe Tertie Rex Catholice) ex eadem Æneadum, Iuliorum, Anicia, Perleonum, Auſtriaca Gente exortum, clariſſimum etiam iſtud Gotthorum ſtemma, iſthæc illorum Regna, iure hæreditario capeſſeret, & ad te ipſum, qui nunc feliciſſimè imperas, deferret.

Hiſpania Scriptores, & Monumenta.

Anicia Iuliorũ Cæſarũ, & Auſtria ſtirps cum Amala Gotthorum regia iungitur.

Si quis autem aſſeueraret, ab antiquiſſimis ijs temporibus Aniciam Cæſarum ſtirpem cum Amala Gotthorum regia, immo cum ea ipſa horum Sanctorum familia, ſanguine iunctam, reuera non mentiretur. Iornandis, Epiſcopi Rauennatis, ipſius æui ſcriptoris, verba ſunt de Vitige Gotthorum in Italia Rege: *Regiam puellam Matheſuentam Theodorici Regis,* (is erat Seueriani Ducis Nouæ Carthaginis in Hiſpania pater, Iſidori auus) *nepotem ſibi plus vi copulat, quàm amore.* Et alibi: *Victor Gentium diuerſarum Iuſtinianus Imperator, per fideliſſimum Conſulem vicit Beliſarium: & perductum Vitigim Conſtantinopolim, Patricij honore donauit: Vbi plus biennio demoratus,*

Iornand. de Regnor. ſucceſsion. pag. 142. edit. Lugd. Batau. 1597.

Idẽ de Reb. Getic. in fin.

Digitized by Google

tus, Imperatoriſq. in affectu conuictus, rebus exceſſit humanis. Matheſuentam verò iugalem eius fratri ſuo germano Patricio coniunxit Imperator. De quibus poſtumus patris Germani natus eſt filius, item Germanus. In quo coniuncta Aniciorũ Gens cum Amala Stirpe ſpem adhuc vtriuſque Generis, Domino præſtante, promittit.

Altera tandẽ Familiarum ante mille annos coniunctio.

Cum hæ ſint potiſſimùm cauſſæ, Catholice Rex, quare tantorum virorum geſta illuſtria, & præclara ingenij monimenta, quæ in hoc libro continentur, benignè ſuſcipias, & tuearis: vltimam tamen adijciam, quam etiam tuæ Maieſtati gratam fore non dubito. Etenim ſi a Benedictinis Capitibus ad membra tranſire, ac deſcendere fas eſt, me ipſum nouiſſimum inuenio, non per me ipſum (ſentio namque quàm ſim inutilis, & exiguus) ſed per Maiores meos, quos etiam aliquod nomen, decuſq. pro regia Gotthorum, & Auſtriæ Corona geſſiſſe non negarim. Gentilium enim mihi indigno Caietanorum Familia antiquiſſima, quæ Roma, & Caieta, cuius Principatum ad quingentos ferè annos obtinuit, Piſas contendens, non oblita Maiorum ſuorum erga Catholicos Reges obſeruantia, illos fortiter, ab immani Sarracenorum iugo, & multorum prauitate, non ſemel, & fortunæ bonis, & ipſo ſuo ſanguine vindicauit. Et quidem, quod ad Sarracenos attinet, ex eo tempore, quo infandum illorum nomen & in Italia, & in Hiſpania horribili cum ruina detonuit, præclara extitere aduerſus eoſdem Caietanæ Stirpis facinora. Qua de cauſſa & celebris ipſius fama non ſolùm in Occidente, verùm etiam in Oriente percrebruit. Cum enim anno Chriſti 846. Sarraceni, qui aliquot ante annos Hiſpaniam occuparant, Italiam quoque inuaſiſſent: eaque Familia tunc Romæ Conſularis Patricia, Comitatus titulo Caietam (ex qua Fauſtum

Caietanos Duces, ac illorũ propaginis Comites Ceccanéſes, vel eorũdem Gentilium Vici Eluij in Etruria Dominos, ad trecentos cõtinuos annos Vrbis Præfectos, ex Iulijs Cæſarib. genus ſuum traxiſſe, teſtantur Leonardus Aret. hiſt. Aql. Vol. lib. 4. c. 22. & libr. 5. c. 3. Io. Petr. Notar. Capitolin. Chron. Lelius Petron. Rom. in Diar. Canis Caſtell. Chron. c. 47. & vetuſtiſſima paſſim monimenta, quorum multa sũt ap. nos,

ſtum illis Caietanorum cognomen, priori relicto, acceſſit) Fundos, Minturnum, Segniam, Ceccanum, Maientiam, atque ciuitates alias, & Oppida in Latio, & Campania, cuius Præfecturam Summorum Pontificum beneficentia ad multos exercuerat annos, poſſideret; Ioannes II. Anatolij III. Comitis filius, vnà cum alijs Italiæ Principibus, Sarracenos ipſos, qui ſeptuaginta ferè annorum ſpacio nobiliſſimum Regnum illud flammis, & ferro abſumpſerant, ac præcipuè Formiarum vrbem maximam olim, celeberrimamq. ſolo euerterāt, deletis copijs, reliquos in fugam auertit, ac tandem Italiæ finibus expulit. Quare & auguſtiſsimum Imperij Conſtantinopolitani Patriciatum, & Magni cognomen, atque Ducis titulum (Caietam ex Formijs a Gregorio IV. Rom. Pont. tranſlato Epiſcopatu) iure meritò ſibi, ſuiſq. comparauit.

qui, & in Cōmētarijs Caiet. Familiæ, quos molimur, latiùs hæc oſtendemus. Leon. Oſtiēſ. hiſt. Caſin. li. 1. c. 29. & 55. Carol. Sigon. ad ann. 846. et 915. Archiuia Caiet. & Caſin.

Præterea, cum anno Chriſti 961. Otho I. Imp. in cuius obſequium eadem Caietanorum Gens tota incubuerat, Ioannem (alijs Vgonem) ſtrenuum Equitem, Piſas demigrans, honoribus, priuilegijs, municipijs, opibus, cæteriſq. prærogatiuis auctum, in ea ciuitate reliquiſſet: is poſtea ſtirpem ſuā adeo propagauit, vt in Piſana Repub. inter ſeptem principes numeraretur, atque adeo cum reliquis de primatu contenderet. Cumque per ea tempora Hiſpanorum Regna miſerrima Sarracenorum ſeruitute adhuc premerentur, Hiſpani Principes, & alij fide, ac religione præſtantes, vt Dei cultum reſtituerent, & in priſtinam amplitudinem florentiſſimam olim prouinciam reuocarent, ad munitiſſima quæque loca ſe recipientes, Regum finitimorum, ac externorum Principum amicitias, atque Rerumpublicarum, Piſanæ præſertim, & Genuenſis, ope, res ſuas propugnarent, maximi fecerunt. Qua de cauſſa in ea Toletanæ vrbis expugnatione ſalutis

Alex. Monticell. Cancell. Piſan. Annal. Piſan. Laurent. Taiol. hiſt. Piſan. li. 1. Raph. Volaterr. Geograph. lib. 5. & Laurent. Schrader. lib. pri. Monim. Ital.

anno

anno 1083. facta, & Caietani ipſi Piſani Proceres, inter alios permultos Italos, Magno Regi Ildefonſo I., dicam, & Hiſpaniarum Imperatori, non parum opis attulere. Vnde ex illis, qui ab Rege Imperatore non tam præmijs, quàm affectu conſtricti, vitæ domicilium Toleti delegere, propagatum in Hiſpania Caietanorum ſtemma (quidquid Gratia-dei, neſcio quis, Hiſpanicarum familiarum conſarcinator fabuletur) auitis Maiorum inſignibus, hoc eſt, in quatuor partes rubro, & argento depictis, partito vmbone, prætermiſſis, Crucem quoque argenteam in parma ſanguinea ſibi, & poſteris deferendam voluêre. Nec alia profectò de cauſſa Caietanos illos Heroas ab eodem Ildefonſo Crucis inſignibus donatos eſſe conſtat, quàm quia, & ipſe ſuo in ſigillo Crucis quoque ſymbolum geſtaret.

Annal. Piſan. Ioã. Marian. de reb. Hiſp. lib. 9. c. 16.

Hiſce proximè accedunt ex hac eadem Caietana Piſarum gente Vgo & Gerardus, bellica & ipſi virtute ſtrenui, qui aduerſus Sarracenos non timidos ſe præbuere. Cum enim Vrbanus II. A.C. 1099. Chriſtianum Orbem ab iniurijs Sarracenorũ vindicare vellet, atque adeo terram illam diuino cruore illuſtratam, in priſtinam libertatem reſtituere; habito ex vniuerſis Chriſtianorum Prouincijs militum delectu, Piſana Reſpublica Caietanos hoſce delegit, quos (binis triremibus propria impenſa inſtructis) tanto bello gerendo, poſt Dambertum Archiepiſcopum præficeret. Neque Patriæ ſuæ votum fortiſſimi Duces fraudauere.

Hieron. Blãc. Aragon. rer. Cõmẽt. pag. 137. edit. Cæſaraug. 1588.

Annal. Piſ. ap. Fab. Creſcẽt. I. C. Foroiiu.

Ad hæc, Gerardus Caietanus etiam Eques, a ſua Piſarum Republica, quæ Paſchalis II. Pont. Max. hortatu, ac inſtantiſſima Principum Hiſpanorum efflagitatione, anno Domini 1115. Balearicum bellum aduerſus eos ipſos Sarracenos ſuſceperat, ex primis vnus in ea expeditione

Annal. Piſan. & Laurent. Taiol. hiſt. Piſan. lib. 2. & Raph. Volaterr. Geograph. lib. 5.

Digitized by Google

ditione Dux conſtitutus eſt. Ab hoc, inquam, Gerardo Maurorum illorum Regem Rachium inuicto animo occiſum, teſtatur, qui eo tempore viuebat Archiepiſcopi Piſani, Ductoris vniuerſæ claſsis a ſacris, eiuſdem belli ſcriptor, dum primariæ Maioricenſium vrbis expugnationem aggreditur:

Lib. Maioliſchiſmus, M.S.

Gerardus Gaitanus adeſt, qui cuſpidis ictu
Cerbereas Rachium transfixum miſit ad oras.

Itaque ob tam inſigne facinus vti de Chriſtiana Republica optimè meritus, non ſolùm amicitijs Principum, & præcipuè Hiſpanorum floruit, verùm etiam ſplendorem ampliorem, & dignitatum titulos tam Piſis, quàm in vrbe Toletana, ſuis poſteris, ac gentilibus eſt adeptus. Fuit enim a Raimundo Berengario, nono Barcinone Comite, magnarum virtutum Principe (vt perpetuum extaret apud omnes tantæ virtutis, ac gloriæ monimentum) ſereniſsimæ eius Domus inſignibus, baculis nempe, ſiue palis † duobus ſanguineis in aurea galea, quibus vnà cum priſcis familiæ ſuæ ſtemmatibus vteretur, cohoneſtatus. *Piſanos ad ſecuritatem* (Lucij Marinæi de eodem Raimundo Berengario loquentis verba ſunt) *certo fœdere, & iureiurando ſibi ſocios adiunxit: & Armorum ſuorum parte decorauit: vt ſcilicet Sancti Georgij Signis, & Armis, quæ Barcinonenſis Comitatus erant, vterentur.*

† *Al quattuor baculis, ſeu palis rubris in aureo ſcuto.*

Luc. Marin. de Reb. Hiſp. lib. 9. in fin.

Rainerius deinde Gerardi huius ex Caietano fratre nepos, domi, militiæq. in primis clarus, a patre non degenerans, in pluribus Legationibus ad Principes, ac Reſpublicas ſumma cum prudentia obitis, in bellis autem Ducis munere fortem patriæ, ac fidelem operam honorificè ſæpe nauauit. Conſiliarius poſtea Friderici I. Imp. ijs inſignibus, quibus & eius patruus a Barcinonæ Comite honoris cauſſa donatus fuerat, & quæ ab eiſdem Comitibus

Annal. Piſan. Laurent. Taiol. hiſt. Piſan. & Monument. famil. ap. Caietan. Florent.

Digitized by Google

tibus in ius Aragoniæ Regum paulò ante tranſierant, rurſus ab eodem Friderico, additis alijs honoribus, & titulis, donatus eſt anno Chriſti 1164. Sed veteribus omiſsis, recentiora erga Catholicos Hiſpaniæ Reges Caietanæ Gentis obſequia percurramus.

Scripta apud me, ac Gentiles meos Maiorum memoria.

Petrus ergo non minus iuris ſcientia, quàm armorum gloria Piſis in patria inclytus, cum eius virtutis fama ad Alfonſum V. Aragoniæ, & Siciliæ Regem illum, qui fortitudine, & bellica laude ſapientis nomen ſortitus eſt, circa annum Chriſti 1440. ab eo in ſuum obſequium, & clientelam vltro accerſitus, & inuitatus, ſe ſe commiſit: illumq. in bello Neapolitano ad victoriam, & Regni acquiſitionem egregiè iuuit. Quam ob cauſſam multis honoribus ornatus, in Sicilia ſedem, ac fortunarum ſuarum domicilium fixit: a quo Marchionum Sortini Stirps, quæ, & mea eſt, originem habuit.

Silentio omittam (ne Epiſtolæ limites excedam) poſteros eius: neque hoc loco commemorabo, quantum, & fortunis ſuis, & ſanguine pro Corona Regia Catholica deſudauerint. Itaque Iulij Cæſaris, & Honorati fratrum meorum, quorum vterque Regij Conſiliarij munere in fideliſsimo eius Siciliæ Regno functus eſt, nec non Domitij alterius fratris, qui Sacris per annos quatuordecim in Regio tuo Sacello operatus, ante ſeptem annos Madriti ex hac vita migrauit, fideli famulatu Catholicæ tuæ Maieſtati, & Feliciſſimæ Regis Philippi II. patris memoriæ exhibito, epiſtolam hanc abſoluam.

Ego quoque qualiſcumque ſim, Maiorum tamen meorum veſtigijs inſiſtens, tuæ Sereniſſimæ Domui addictiſſimus æternum obſequium, & propenſam voluntatem ſponte defero. Cuius quidem voluntatis veluti primitias hæc trium ſanctiſſimorum Virorum Acta in

præſens

Digitized by Google

præſens Orbi proferent, & in meridiana (vt ita dicam) luce in perpetuum exhibebunt. Quod ſi tenuis, & exiguæ ſeruitutis meæ exordium gratum eſſe Maieſtati tuæ cognouero, ad alia maioris momenti opera, quæ in dies molitur animus, alacrior, & propenſior inuigilabo. Sed hæc prolixiùs, quàm fortaſſe debebam: fecit autem tanti Regis clementia longiorem epiſtolam. Maieſtatem tuam cum Sereniſſima Prole nobis diu ſeruet incolumem Chriſtus Opt. Max. Romæ, ex Palatio Apoſtolico, die Sancti Matthiæ Apoſtoli, Anno Salutis M. D C. X V I.

S. ISIDORVS
EPISCOPVS HISPALENSIS,
PRIMVM IN HOC OPVSCVLO
RELIGIONIS BENEDICTINAE
LVMEN.

QVAE AD VITAM, LAVDEMQ. Sancti Iſidori faciunt.

Martyrologium Romanum ſub Prid. Non. Aprilis.

HIſpali in Hiſpania S. Iſidori Epiſcopi, ſanctitate, & doctrina conſpicui: qui zelo Catholicæ fidei, & obſeruantia Eccleſiaſticæ diſciplinæ Hiſpanias illuſtrauit.

Vita S. Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis, a S. Braulio *Epiſcopo Cæſarauguſtano, deſcripta.*

ISidorus vir egregius, Hiſpalenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Leandri Epiſcopi ſucceſſor, & germanus, floruit a tempore Mauritij Imperatoris & Reccaredi Regis: in quo [a] quiddam ſibi antiquitas vindicauit, immo noſtrum tempus antiquitatis in eo ſcientiam imaginauit: vir in omni locutionis genere formatus, vt [b] imperito, doctoq. ſecundum qualitatem ſermonis exiſteret aptus, congrua verò [c] opportunitate loci, incomparabili eloquentia clarus. Iam verò quantus ſapientia fuerit, ex eius diuerſis ſtudijs, & elaboratis opu-

Digitized by Google

ſculis perfacilè prudens Lector intelligere poterit. Denique de ijs, quæ ad notitiam noſtram venerunt, iſta [d] commemoraui. Edidit libros Differentiarum duos, in quibus ſubtili diſcretione, ea, quæ confusè vſu proferuntur, ſenſu diſcreuit. Procemiorum librum vnum, in quo, quid quiſque liber ſanctæ contineat Scripturæ, breui ſubnotatione diſtinxit. De ortu, & obitu Patrum librum vnum: in quo eorum geſta, dignitatem quoque, & mortem eorum, atque ſepulturam ſententiali breuitate ſubnotauit. Ad germanum ſuum Fulgentium, Epiſcopum Aſtigitanum, Officiorum libros duos: in quibus originem officiorum, cur vnumquodque in Eccleſia Dei agatur, interprete ſuo ſtylo, non ſine Maiorum auctoritate elicuit. Synonimorum libros duos, in quibus ad conſolationem animæ, & ad ſpem percipiendę veniæ, intercedente rationis [e] exhortatione erexit. De natura rerum ad Siſebutum Regem, librum vnum: in quo tam de Eccleſiaſticorum Doctorum, quàm etiam de Philoſophorũ indagine obſcura quædam de [f] elementis abſoluit. De numeris librum vnum: in quo Arithmeticam propter numeros Eccleſiaſticis Scripturis inſertos, ex parte tetigit diſciplinam. De nominibus Legis, & Euangeliorum librum vnum: in quo oſtendit, quid memoratæ perſonæ myſterialiter ſignificent. De hæreſibus librum vnum: in quo Maiorum ſecutus exempla, breuitate qua potuit, diffuſa collegit. Sententiarum libros tres, quos floribus ex libris Papæ Gregorij Moralibus decorauit. Chronicorum a principio mundi vſque ad tempus ſuum, librum vnum nimia breuitate collectum. Contra Iudæos, poſtulante Florentina germana ſua, propoſito virgine, libros duos: in quibus omnia, quæ fides Catholica credit, ex Legis & Prophetarum teſtimonijs approbauit. De viris illuſtribus librum vnum. Cui nos iſta ſubiunximus: Monaſticæ regulæ librum vnum, quem [g] pro patriæ vſu, & inualidorum animis decentiſſimè temperauit. De origine Gotthorum, & regno Sueuorum, & etiam VVandalorum hiſtoria, librum vnum. Quæſtionum libros duos, quos qui legit, veterum tractatorum multam ſupellectilem recognoſcit. Etymologiarum codicem [h] nimia magnitudine, diſtinctum ab eo titulis, non libris: quem quia rogatu meo fecit, quamuis imperfectũ ipſe reliquerit, ego in viginti libros diuiſi. Quod opus [i] omnimodò Philoſophiæ conueniens, quiſquis crebra meditatione perlegerit, non [k] ignotus diuinarum, humanarumq. rerum ſcientia [l] meritò erit. [m] Ibi redundans diuerſarum artium elegantia, vbi, quæcumque ferè ſciri debentur, reſtricta collegit. Sunt & alia eius viri multa opuſcula, & in Eccleſia Dei multo [n] cum ornamento inſcripta.

Quem

Digitized by Google

Quem Deus poſt tot defectus Hiſpaniæ, nouiſſimis temporibus ſuſcitans (credo ad reſtauranda antiquorum monumenta, ne vſquequaque ruſticitate veteraſceremus) [o] quaſi quamdam appoſuit deſtinam. Cui [p] non immeritò illud Philoſophicum a nobis aptatur: Nos,inquit,in noſtra vrbe peregrinantes, erranteſq. tamquam hoſpites, tui libri, quaſi domum, reduxerunt: vt poſſimus aliquando, qui,& vbi eſſemus,agnoſcere. Tu [q] ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum,tu ſacrorum iura,tu ſacerdotum, tu domeſticam, [r] publicamq. diſciplinam, tu ſedium,regionum, locorum, tu omnium diuinarum,humanarumq. rerum nominum,genera,officia,cauſas aperuiſti. Quo verò flumine eloquentiæ, & quot iaculis diuinarum Scripturarum,ſeu Patrum teſtimonijs Acephalitarum hæreſim confoderit, Synodolia geſta coram eo Hiſpali acta declarant. In qua contra Gregorium præfatæ hæreſis antiſtitem eam aſſeruit veritatẽ. Obijt temporibus Heraclij,& Chriſtianiſſimi Chintilani Regis, ſana doctrina præſtantior cunctis, & [ſ] copioſior operibus charitatis. Cic.lib.1. Acad. quæſt.

Conſtantini, Abbatis Caietani, in vitam S. Iſidori a S. Braulio ſcriptam, Notæ, ac variæ lectiones.

HAEc de S. Iſidoro per S.Braulium facta atteſtatio, vitæ inſcriptione inſignitur in fine operis eiuſdem Iſidori de viris illuſtribus: atque & ipſam vitæ titulo inſcripſerunt, Laurentius Surius, Franciſcus Hareus, Zacharias Lippelous, alijq. ſuis in libris de Sanctorum vitis. Apud quoſdã tamen ita legi: *Prænotatio librorum D. Iſidori a Braulione Cæſarauguſtano Epiſcopo edita.* Braulium huius vitæ ſcriptorem,doctrina & ſanctitate fuiſſe illuſtrem, teſtantur omnes,qui illius meminere: addunt alij, Iſidoro iunctum ſanguine. Certè glorioſam eius memoriam ſingulis annis ſancta Dei Eccleſia ſollenniter veneratur ad vigeſimum ſextum Menſis Martij diem. De eodem S. Ildefonſus cap. XI. lib. de vir. illuſtr. atque cæteri rerum Hiſpanicarum Scriptores. Braulij hortatu Iſidorus Etymologiarum volumen ex indefeſſa lectione conſcripſit: opus diffuſum, & varium, atque ea ætate comparandum miraculo. Martyrologium Rom. ſub 7. Kal. April.

Cæterùm,quas ex alijs codicibus, vel MSS. aut edit. várias lectiones collegimus,adnotauimuſq. hæ ſunt:

a *In quo quiddam ſibi antiquitas.* In quo quidem antiquitas.
b *Imperito.* Imperio.
c *Opportunitate.* Importunitate.
d *Commemoraui.* Commemorabo.
e *Exhortatione.* Exoratione.
f *Elementis.* Electione. g *Quem.* Quam.
h *Nimia magnitudine.* Nimiæ magnitudinis.
i *Omnimodò Philoſophiæ conueniens.* Omnimodæ Philoſophiæ repletum.
k *Non ignotus.* Non ignorabit.

Digitized by Google

l *Meritò.* Non meritò. m *Ibi.* Vbi.

n *Cum ornamento inſcripta: Quem Deus.* Cum ornamento inſtrumenta, quæ hic collegi: Quem Dominus.

o *Quaſi quamdam appoſuit deſtinam.* Ita omnino in vetuſto codice. Quem locũ alij non animaduertentes, ex ingenio repoſuerunt: *Quaſi quamdam appoſuit lucem deſtinari.* Alij verò: *Quaſi quaſdam appoſuit deſtinans*. Ego autem potius cenſerem legendum eſſe: *Quemdam*, non quamdam, *appoſuit deſtinam;* ſi deſtina accipiatur pro miſſo, vel angelo; cum Deus informandæ Hiſpaniæ ruſticitate hactenus veteraſcenti, Iſidorum legauerit præceptorem. Vtitur ſanè ea voce Corippus Poeta Afer: *Et Thomas Libycæ nutantis deſtina terræ.* Et præter eum Arnobius: *Non poſt Theutin Aegyptium, aut poſt Atlantem (vt quidam ferunt) geſtatorem, baiulum, tibicinem illum, ac deſtinam cæli?* Ipſe demum S. Iſidorus: *Vrbis Romuleæ iam toga candida*
Septem Pontificum deſtina promicat,
Miſſos Heſperiam, quos ab Apoſtolis
Adſignat fidei priſca relatio.

Corip. Afer lib. de laud. Iuſtin. Iun. al. Theutatẽ. Arnob. adu. Gent lib. 2. Iſid. Breuiar. Tolet.

Vide Ioannem Meurſium in Critico Arnobiano, lib. 2. c. 13.

p *Cui non immeritò illud Philoſophicum a nobis aptatur: Nos, inquit, &c.* Sententia hæc eſt Ciceronis de M. Varrone, lib. 1. Acad. quæſt. non longè a principio.

q *Tu ætatem patriæ, &c.* Hæc quoque ex Cicerone S. Auguſtinus retulit in lib. 2. de Ciuit. Dei.

r *Publicamq. diſciplinam, tu ſedium, regionum.* Sed apud Ciceronem legimus: *Tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum.*

ſ *Copioſior.* Copioſis.

Idem S. Braulio Epiſcopus, in quodam Sermone.

INterea, fratres chariſſimi, dignum eſt, vt hunc ſanctiſſimum Confeſſorem Iſidorum omnis laudibus attollat Eccleſia: ſed maximè Hiſpaniarum, quæ præ cæteris eius ſpecialius ſaluberrima refulſit doctrina. Nam ſicut Gregorius Doctor Romæ ſucceſſit Petro, ita B. Iſidorus in Hiſpaniarum partibus doctrina Iacobo ſucceſſit Apoſtolo. Semina namque vitæ æternæ, quæ beatiſſimus Iacobus ſeminauit, hic beatiſſimus Doctor Iſidorus verbo prædicationis, quaſi vnus ex quatuor paradiſi fluminibus ſufficienter irrigauit: atque vniuerſam Hiſpaniam tam exemplo boni operis, quàm fama ſanctitatis velut ſplendidiſſimus ſolis radius illuminauit.

Conſtantini, Abbatis Caietani, Notæ.

ELogium hoc S. Iſidoro inſcriptum a S. Braulio, potius excerptum eſſe cenſerem ex quopiam iſtius ſermone in illius laudem conſcripto, quàm, vt alij affirmant, ex ea, quam elucubrauit, Iſidori vita. Quod enim ibi ediſſerit Braulio, nec verbum quidem, vt vidimus, hunc in locum retu-

tulit. Cæterùm integer hic ſermo, quem nanciſci adhuc minimè potuimus, extat in antiquitus manu exarato Iſidori Etymologiarum opere, quod aſſeruatur apud Carthuſianos monachos cœnobij Aulæ Dei in agro Cæſarauguſtano ſiti. Illud autem ex hoc etiam loco dignum animaduerſione cenſendum eſt, quod Braulius, vir ſanè & doctiſsimus & ſanctiſsimus, ante mille fermè annos teſtatum voluerit: Iacobum Apoſtolum Hiſpaniarum Doctorem fuiſſe, ac æternæ vitæ ſemina, quæ B. Iſidorus poſtea irrigauit, ſeminaſſe. Verumtamen de hac ipſa Iacobi Apoſtoli ad Hiſpanos profectione (vt in tantæ rei gratiam quidpiam etiam hic attingamus) præter innumeros penè ſpectatæ fidei teſtes, quorum permultos in medium afferre poſſem, ac irrefragabilem omnium Hiſpaniæ præſertim Eccleſiarum, a primis illis ad hæc noſtra tempora traditionem, Flauius Dexter, cuius hortatu S.Hieronymus librum de Scriptoribus Eccleſiaſticis contexuit, cuiusq. meminit in Apologia aduerſus Ruffinum, in Omnimoda Hiſtoria, quam eidem Hieronymo dicauit, ita teſtatum reliquit: *Iacobus Sanctus Apoſtolus, Zebedæi filius, peragratis vrbibus Hiſpaniæ, multiſq. erectis Eccleſijs, & Epiſcopis creatis, Petrum Brachar æ reliquit primum Epiſcopum. Multos etiam diſcipulos præcipuè ſaltem numero duodecim, more Apoſtolico in Hiſpaniam ſecum portat: ſcilicet Epiſcopos, Baſilium, Pium, Athanaſium, Maximum, Chryſogonum: Presbyteros, Theodorum, Cæcilium, Theſiphontem, Hiſcium, Calocerum: Lectores, Torquatum Exorciſtam, & Secundum: Indalecium, Euphraſium, Oſtiarios. Ex his Baſilius, vel Baſileus ſucceſſit Petro Bracharenſi, Athanaſius fuit primus Cæſarauguſtanus, Pius Hiſpalenſis. Alios & S.Iacobus creauit Epiſcopos, alterum Baſilium, qui primus fuit Carthaginis Spartariæ Præſul; Eugenius Valentiæ, Agathodorus Tarraconenſis, Elpidius Toletanus, Etherius Barchinonenſis, Capito Lucenſis, Ephren Aſturicenſis, Neſtor Pallentinus, Archadius Iulliobrigenſis. Omnes hi ex profugis ſunt: & in his omnibus vrbibus, & in alijs Hiſpaniæ multis mira celeritate S.Iacobus prædicauit.* Atque etiam proſequitur: *Beata Virgo Iacobo preces fundenti Cæſarauguſtæ in columna apparet, in ſpiritu veniente quoque Ioanne Theologo. Ac primum templum, vel Oratorium Beatæ Virgini ex eius iuſſu, præſentiaq. ſuper columnam Cæſarauguſtæ erexit: multa paſſim miracula patrat: virtute verò ſermonis feroces Hiſpanorum animos ad ſuaue Chriſti iugum adduxit: ibidem Iudæi conuertuntur ex duodecim Tribubus migrationis ex Babylonia, quibus & ibi tunc prædicauit. Impleta honorificè legatione ſua, ac rebus Hiſpaniæ ſanctiſſimè compoſitis: relictaq. Eccleſia Theodori cura, quæ de columna dicitur, quam Beata Virgo ſua præſentia ſoſpitauerat, bearat, & conſecrauerat, vbi & præclaram imaginem ſuam reliquit, quæ cæleſtis ædes ex eo tempore fidelium deuotione frequentatur, Iacobus cum lacrymis Hiſpanorum Hieroſolymam reuertitur.* Plura his proſequuntur, Ioannes Velaſcus, Magnus Caſtellæ Comeſtabilis; Bartholomęus Gliorentius, Prior Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, vulgò del Pilar, in libris, quos ea de re compoſuerunt; nos etiam in noſtris Sacris Concertationibus; ſed & Maurus Caſtella Ferrerius in Hiſtoria, quam fusè ſcripſit de eodem S.Iacobo Apoſtolo.

Euangelica Iacobi Apoſtoli ad Hiſpanos prædicatio.

Flau. Dextr. Omnimod. hiſtor. extat MS. vixit an. Chriſt. 370.

Eius diſcipuli Hiſpaniarum Epiſcopi.

Cæſarauguſtæ templum Deiparæ Virgini conſtruit.

Hieroſolymam, in qua & martyrio affectus eſt, reuertitur.

Ano-

Digitized by Google

Anonymus Benedictinus in Vita S. Fructuoſi Abbatis, & Epiſcopi Bracharenſis.

POſtquam antiquas mundi tenebras ſupernæ veritatis noua irradiauit claritas, & a Sede Romana, prima Sanctæ Eccleſiæ Cathedra, fidei Catholicæ dogmatum fulgurans rutilaret immenſitas: atque ex Aegypto Orientale prouincia, excellentiſſima ſacræ religionis præmicarent exempla, & huius Occiduæ plagæ exiguè perluceret extremitas, præcipuæ claritatis egregias diuina pietas duas illuminauit lucernas: Iſidorum reuerentiſſimum ſcilicet virum, Hiſpalenſem Epiſcopum: atque beatiſſimum Fructuoſum ab infantia immaculatum & iuſtum. Ille autem oris nitore clarens, inſignis induſtriæ ſophiſtæ artis indeptus præmicans, dogmatum reciprocauit Romanorum; hic verò in ſacratiſſimo Religionis propoſito, Spiritus ſancti flamma ſuccenſus, ita in cunctis ſpiritualibus exercitatus, omnibusq. operibus ſanctis perfectus emicuit, vt ad Patrum ſe facilè quorum æquaret antiquorum meritis Thebęorum. Ille actiuæ vitæ induſtria vniuerſam extrinſecus erudiuit Spaniã; hic autem contemplatiuæ vitæ peritia vibrante fulgore micans, intima cordium illuminauit arcana. Ille egregio rutilans eloquio, in libris claruit ædificationis; hic autem culmina virtutum coruſcans, exemplum relinquens ſanctæ Religionis, & innocuo greſſu ſecutus eſt veſtigia præeuntis Domini noſtri, & Saluatoris.

Conſtantini, Abbatis Caiet. Nota.

HAnc de S. Iſidori Vitæ laudibus atteſtationem a S. Fructuoſi Vitæ hiſtoria nos exſcripſimus. Quis verò illius auctor fuerit, etſi in ea non exprimatur, is nihilominus, profeſsione monachus, quæ enarrauit, vel a Caſsiano Abbate, primo Fructuoſi diſcipulo, vel a cæteris Fructuoſi familiaribus, eiusq. temporis viris religioſis, ſe accepiſſe teſtatur. Codicem porro hunc manu exaratum, complures aliorum Sanctorum Vitarum, ac Paſſionum hiſtorias continentem, Comes Fernandus Gonzalez, A. C. DCCCCXII. Cœnobitis S. Petri de Arlanza Benedictinis dono dederat. Auctor Prudentius Sandoualius, par. 1. fundat. monaſterior. Bened. Hiſpan. in fin.

S. Ildefonſus Epiſcopus Toletanus, Cap. IX. lib. de Vir. illuſtr.

ISidorus poſt Leandrum fratrem, Hiſpalenſis ſedis prouinciæ Bethicæ cathedram tenuit: vir decore, ſimul & ingenio pollens.

Digitized by Google

lens. [a] Nam tantæ iucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, vt vbertas admiranda dicendi ex eo in ſtuporem verteret audientes: ex quo audita [b] is, qui audiſſet, nonniſi repetita ſæpius commendaret. Scripſit opera, & eximia, & non parua: ideſt, librum de genere officiorum, librum procemiorum, librum de ortu [c] & obitu Patrum, librum lamentationis, quem ipſe ſynonimorum vocauit, libellos duos ad Florentinam ſororem contra nequitiam Iudæorum, librum de natura rerum ad Siſebutum principem, librum differentiarum, librum ſententiarum. Collegit etiam de diuerſis auctoribus, [d] quod ipſe cognominat, ſecretorum expoſitiones ſacramentorum: quibus in vnum congeſtis, idem liber dicitur quæſtionum. Scripſit quoque in vltimo ad petitionem Braulionis Cæſarauguſtani Epiſcopi, librum Etymologiarum: quem cum multis annis conaretur perficere, [e] in eius opere diem extremum viſus eſt concluſiſſe. [f] Floruit temporibus Reccardi, Libuanis, Vitterici, Gundemari, Siſebuthi, Suinthilanis, & Siſenandi regum, annis ferè quadraginta tenens Pontificatus honorem, inſignemq. doctrinæ ſanctæ gloriam pariter & decorem.

Conſtantini, Abbatis Caietani, in S. Ildefonſi de S. Iſidoro Elogium, Notæ, ac variæ lectiones.

EX ijs, quæ nos paulò inferiùs de S. Ildefonſo notanda cenſuimus, eũ a S. Iſidoro ſummam virtutem, ac ſummam doctrinam hauſiſſe, iam eluceſcere poterit. Præterea, quod ad S. Ildefonſi librum de viris illuſtribus attinet, editus eſt is a Ioanne Griale, viro ſanè erudito, Madriti MDXCIX. & a Iacobo Breulio Gallo-benedictino MDCI. Pariſijs, inter S. Iſidori opera: habetur etiam tom. II. Hiſpaniæ illuſtratæ, Francofurti excuſus MDCIII. Nos ex vetuſtiſſimo MS. Bibliothecæ Caſinenſis codice aliquot in locis ſcatentem mendis correximus. Sed de eodem codice iterum inferius.

a *Nam.* Francofurt. edit. illam.
b *Is.* Ita MS. Caſin. ſed bis, leg. Madrit. & Breul. His, Francof.
c *Et obitu Patrum.* vel obitu Prophetarum, Francof. & Caſin.
d *Quod ipſe cognominat ſecretorum.* Francof. Quot ipſe nominat ſecret.
e *In eius opere.* Francof. In; expleto opere.
f *Floruit.* Francof. Claruit.

Obitus B. Iſidori a Redempto Clerico recenſitus.

VIſum eſt mihi, vt tuæ Sanctitati breuiter exponerem, qualiter bonæ recordationis dominus meus Iſidorus, Hiſpalenſis Eccleſiæ Metropolitanus Epiſcopus, pœnitentiam acceperit, ſuamq. con-

Digitized by Google

confeſſionem erga Deum, vel homines [a] habuerit: vel quomodo de hoc ſæculo ad cælum migrarit, fideli prænotationis meæ ſtylo, tuæ Dilectioni noteſcerem. Quæ res me primum compulit pro hac ſollicitudine, quam ex amore in eum offertis, veſtræ Charitati gratias agere: deinde, quia vera ſupprimere nequeo, & quod de eo pauca de multis colligere potui, te orante, dicere cogor. Dum finem ſuum, neſcio qua ſorte, iam proſpiceret, & fatigatum corpus ægritudine aſsidua ſubtiliter animæ natura præuideret: [b] tanta eleemoſyna quotidianis diebus per ſex penè menſes, ſeu amplius, plus quàm erat ſolitus, pauperibus ab eo eſt erogata: vt [c] ab oriente ſole, vſque in veſperum, multis illis in accipiendam maneret ſubſtantiam. Poſt hæc vulnere percuſſus eſt, ita vt, dum febris in corpore conualeſceret, & cibum reijceret debilitatus ſtomachus, ad pœnitentiam [d] conualeret: atque ſuos Coëpiſcopos, Ioannem ſcilicet, & Aparcium, beatiſsimos mox adeſſe [e] faceret præſentes. Et dum a cellula ſua ad baſilicam S. Vincentij Martyris adduceretur, cuncta agmina pauperum, clericorum, religioſorum omniū, cunctarumq. huius ciuitatis plebium cum vocibus, & magno vlulatu eum ſuſceperunt: vt ſi ferreum poſsideret quiſpiam pectus, ſolueretur mox in lacrymas, & lamentum totus. Et, dum in prædicti Martyris [f] baſilica, iuxta altaris cancellum, in medio poneretur choro, mulierum turbas longiùs ſtare præcepit: vt in accipiendo ipſe pœnitentiam, virorum tantùm, non illarum, circa eum cerneretur præſentia. Et, dum a prædictis ſacerdotibus, ab vno [g] cilicium, ab altero ſuper ſe mitti expoſceret cinerem; expandens manus ad cælum, ita exorſus eſt dicens: Tu Deus, qui noſti corda hominum, & publicano longè poſito, dum pectus percuteret ſuum, dimitti peccata dignatus es: qui Lazarum dormientem de monumento poſt reſolutionem carnis die quarta dignatus es reſuſcitare, [h] & vt Abrahæ Patriarchæ ſinus eum reciperet, voluiſti; ſuſcipe in hac hora confeſsionem meam, & peccata, quæ innumerabiliter contraxi, ab oculis [i] differ tuis: non reminiſcaris mala mea, & iuuentutis delicta ne memineris. Tu, Domine, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, qui non peccauerunt tibi: ſed mihi peccatori, qui peccaui ſuper numerum arenæ maris. Non inueniat in me hoſtis antiquus, quod puniat. Tu ſcis, quia poſtquam infelix ad onus illud, potius quàm ad honorem, in hanc ſanctam Eccleſiam indignè perueni, peccare numquam [K] finiui; ſed, vt iniquè agerem, laboraui. Et, quia tu dixiſti: In quacumque hora peccator a vijs ſuis reuerterit, omnes iniquitates ſuas traderes obliuioni; huius præcepti memor ſum tui.

Oratio S. Iſidori morientis ad Deū. Luc. 18. Ioann. 11. Luc. 15. Ezech. 18.

Cla-

Clamo vtique cum ſpe, & fiducia ad te, cuius cælos aſpicere non ſum dignus præ multitudine peccatorum, quæ conuerſantur in me. Adeſto, & ſuſcipe orationem meam,& mihi peccatori dona veniam poſtulatam. Quod ſi cæli non ſunt mundi in conſpectu tuo: quantò magis ego homo, qui bibi, quaſi aquas,iniquitatem: & ſumpſi, vt coloſtra, peccatum? His igitur conſummatis, corpus & ſanguinem Domini cum profundo gemitu cordis, indignum ſe iudicans, ab ipſis ſuſcepit Pontificibus. Deinde eorumdem ſacerdotum, &, quicumque de clero erant, ciuium, cunctarumq. plebium veniam precabatur, dicens: Deprecor vos, ſanctiſsimi domini mei ſacerdotes, ſanctamq. congregationem clericorum, & populi: vt pro me infelici & pleno omni ſorde peccati, ad Dominum veſtra porrigatur oratio: vt qui meo merito Dei non ſum dignus impetrare clementiam, interceſſu veſtro merear conſequi meorum veniam delictorum. Dimittite mihi, obſecro, indigno, quod in vnumquemque commiſi veſtrum: ſi quem contempſi odio, ſi quem reieci impiè charitatis conſortio, ſi quem maculaui conſilio, ſi quem læſi iraſcendo: dimittite nunc petenti, immo & pœnitenti. Et, dum vna voce omnes pro eo indulgentiam poſtulaſſent,& vnicuique debiti ſua vincula, vel chirographa condonaſſent; circumſtantes iterum admonuit, dicens: Sanctiſsimi Domini mei Epiſcopi, & omnes, qui adſunt, rogo, & obſecro: vt charitatem inuicem exhibeatis, non reddentes malum pro malo: nec velitis eſſe [l] ſuſurrones in populo. Non inueniat in vobis hoſtis antiquus, quod puniat: non reperiat a vobis relictum lupus rapax,quem auferat: ſed potius ereptam ab ore lupi ouem,paſtor ſuis humeris congaudens reportet ad hanc caulam. Igitur poſt hanc confeſsionem, vel orationem, reſiduam egenis & pauperibus mox dari iuſsit pecuniam. Cui [m] tamen fideli ſit dubium, vt non ſtatim dimiſſo omni facinore, aſſociaretur ſocietatibus Angelorum? Interea ſe ab omnibus oſculari ſtuduit, dicens:Si ex toto corde dimiſeritis ea, quæ in vos aduerſa, vel praua vſque hactenus intuli,dimittet vobis Creator omnipotens omnia delicta veſtra: ita vt ſacri fontis vnda, quam hodie deuotus eſt populus percepturus, ſit vobis in remiſſionem peccatorum: & hoc oſculum inter me, & vos maneat in teſtimonium futurorum. Completis his omnibus,ad cellulam reductus eſt: & poſt diem confeſſionis, vel pœnitentiæ quartum, paſtoralem iugiter curam, & finem ſuum conſummauit in pace, Amen. Sub die Pridie nonas Aprilis, Luna XIX. Aera DCLXXIV.

Iob. 15.

Dominicum corpus deuotè ſumit. Veniam petit ab omnibus, & rogat pro ſe orari.

Ad charitatem omnes hortatur.

Oſculo omnes ſuſcipit in ſignũ charitatis, quæ numquam excidit.

Conſtantini, Abbatis Caietani, in ſuperiorem S. Iſidori obitus deſcriptionem, Notæ, ac variæ lectiones.

PRæclarum hoc de S. Iſidori morte teſtimonium primò legimus illius operibus præfixum, editumq. Madriti, deinde Pariſijs. Quid de ipſius auctore Redempto dicam, non habeo: niſi quod ex eiuſdem verbis apparet, Iſidoro fuiſſe familiarem, vel certè diſcipulum: atque eam ipſam ſcriptionem ad Epiſcopum aliquem direxiſſe: inquit enim: *Viſum eſt mihi, vt tuæ Sanctitati breuiter exponerem, qualiter bonæ recordationis Dominus meus Iſidorus, &c.* Sed Redemptum hunc illum eumdem eſſe, cui idē Iſidorus reſpondens, ſacras quaſdam, ab eoq. præpoſitas ſoluit quæſtiones, nemo, putarim, inficiabitur. *Dilecto filio in Chriſto Redempto, Archidiacono, Iſidorus.* Extat hæc Epiſtola inter Iſidori opera. Quòd ſi Iſidorus eum vocat Archidiaconum, ille ſe ipſum non niſi clericum; ad illorum temporum id referas conſuetudinem.

a *Habuerit,* Breulius; habuit, Madrit. cod.
b *Tanta eleemoſyna.* Malè verò Madrit. tantam eleemoſynam.
c *Ab oriente.* Madrit. oriente.
d *Conualeſceret.* Madrit. conualuit.
e *Faceret.* Fecit, Madrit.
f *Baſilica.* Baſilicam, Madrit.
g *Cilicium, ab altero ſuper ſe mitti expoſceret cinerem.* Madrit. vitioſè hab. cilicio, ab alt. ſup. ſe mitti exponere cin.
h *Et vt.* Et, Madrit.
i *Aufer.* Differ, Madrit.
k *Finiui.* Siniui, Madrit.
l *Suſurrones.* Suſurro, Madrit.
m *Tamen.* Breul. Tandem.
n *Amen. Sub die Prid. non. April.* Breul. Prid. non. April. ſed cod. Madrit. vitioſè habet: Prid. Kalend. April.

Epitaphium Beatorum Leandri, Iſidori, & Florentinæ.

CRux hæc alma gerit Sanctorum corpora fratrum,
Leandri, Iſidoriq. priorum ex ordine Vatum,
Tertia Florentina ſoror Deo vota perennis,
Et poſita conſors ſic † digna quieſcit. — Chriſto † vel quid ſimile add.
Iſidorus in medio disiungit membra duorum,
Hi quales fuerint, libris inquirito lector,
Et cognoſces eos benè cuncta fuiſſe locutos,
Dogmatibus Sanctorum cerne creuiſſe fideles,
Ac re † Domino, quos impia iura tenebant, — † Dominio.
Vtque viros credas ſublimes viuere ſemper,
Aſpiciens ſurſum pictos contende videre.

Obijt felicis memoriæ Leander Epiſcopus, die III. Kalend. Martias, Aera DCXLI.

Obijt

Digitized by Google

Obijt ſanctæ memoriæ Iſidorus Epiſcopus, die II. Nonas Apriles, Aera DCLXXIV.

Obijt piæ memoriæ Florentina, Deo vota, Kalend. † Septembris, Aera DCLXXI. † Immo XII. Kal. Iulij.

Conſtantini, Abbatis Caietani, in hoc Epitaphium, Notæ.

HAnc nos ſepulchralem memoriam Sanctis Leandro, & Iſidoro fratribus, ac Florentinæ eorum ſorori inſcriptã, etſi in aliquibus mendoſam, habuimus ex vetuſtiſſimo MS. litteris Gotthicis codice, qui apud Nicolaum Fabrum, virum ſanè eruditiſſimum, Pariſijs aſſeruatur. In eo enim non tantùm & alia multa antiquiorum Hiſpanorum Epitaphia continentur: ſed etiam nonnulla Dracontij presbyteri Hiſpani, & Eugenij III. huius nominis Epiſcopi Toletani, Scripta adhuc deſiderata.

Cæterùm (vt in Iſidori noſtri Geſtorum illuſtrationis gratiã, ex rerum Hiſpanicarũ Scriptoribus hoc loco nos animaduertiſſe voluimus) Seueriano Duce inter Hiſpanos nobiliſſimo, Carthaginiſq. Spartariæ domino, & Turtura † illuſtris generis fœmina, nati ſunt Leander, Fulgentius, Iſidorus, & Florentina, magno Hiſpaniarum, & Catholicæ Fidei bono. Quorum natu maximus Leander, ex monacho Ordinis S. Benedicti, Hiſpalenſis Præſul effectus, arctiſſimam cum Magno Gregorio eiuſdem Inſtituti monacho, adhuc in minoribus exiſtente, amicitiam contraxit, totoq. vitæ ſuæ tempore conſeruauit. Quantum autem Hiſpania Leandro debeat, nullius teſtimonio, quàm eiuſdem Gregorij exactius cognoſcetur: *Nuper*, inquit, *Ermenigildus Rex, Leouigildi Regis VViſigothorum filius, ab Arriana hæreſi ad fidem Catholicam (viro reuerendiſſimo Leandro, Hiſpalitano Epiſcopo, dudum mihi in amicitijs familiariter iuncto, prædicante) conuerſus eſt. Quem pater Arrianus, vt ad eamdem hæreſim rediret, & præmijs ſuadere, & minis terrere conatus eſt.* Et nonnullis interiectis: *Pater verò commotus pœnitentia, Rechar edum Regem filium ſuum, quem in ſua hæreſi reliquerat, Leandro Epiſcopo, quem prius vehementer afflixerat, commendare curauit: vt in ipſo quoque talia faceret, qualia & in fratre ſuis exhortationibus feciſſet. Poſt cuius mortem Recharedus Rex non patrem perfidum, ſed fratrem martyrem ſequens, ab Arrianæ hæreſeos prauitate conuerſus eſt. totamq. VViſigothorum Gentem ita ad veram perduxit fidem, vt nullum in ſuo regno militare permitteret, qui regni Dei hoſtis exiſtere per hæreticam prauitatem non timeret.* Extat etiã apud Ioannem Marianam luculenta oratio, quam S. Leander habuit de laude Eccleſiæ, & Gentis Gotthorum ad fidem Catholicam conuerſione. Anno autem quinto Recharedi Regis, hoc eſt, A. C. DXC. Concilio primo *Hiſpalenſi* interfuit: & tredecim deinde euolutis annis, multis clarus miraculis obdormiuit in Domino.

† al. Theodora.

Greg. Dial. lib. 3 c. 31.

Ioann. Marian. in fin. li. 5. rer. Hiſp.

De Fulgentio autem, altero Religionis Benedictinæ iubare luciḋiſſimo, Lucius Marinæus hæc tradit: *Fulgentius primò Aſtigitano Epiſcopatui, deinde Carthaginenſi præfuit: qui quantum in vtroque fructus fecerit, plures teſtantur. Cæterùm cum Arriana hæreſis † Chriſtianos a Dei cultu conaretur abducere, conuocato multorum Epiſcoporum, & Hiſpanorũ*

Luc. Marin. lib. 5. de reb. Hiſp.

† Leãdri pra

tereà, & Fulgentij opera (ait inter multos Io. Mariana de reb. Hiſp. li. 6 c. 1.) *& ipſum* (Recharedū Regē) *Catholicū factum, & vniuerſam ditionem verā religionem, atque veterem reuocaſſe.*

Principum Concilio apud Toletum, Fulgentius concionibus ſuis, & miris operibus Arrianos omnes fortiter oppreſſit: & Chriſtianos, qui a fide Chriſti non nihil erant alienati, ſumma prudentia, & exemplis ad priſtinum Dei cultum reduxit. Fuit autem vir eruditiſſimus, quippe qui linguam Hebræam, Græcam, Latinam, & Arabicam callebat. Demum cum annum ageret ſextum, & ſexageſimum, conuocato Leandro fratre, Hiſpalenſi Epiſcopo, & Laureano amiciſſimo, Epiſcopo Gaditano, quem non ſecus ac fratrem diligebat, ſumma cum gloria Kalendis Ianuarÿs e vita migrauit: cuius funus & a plurimis Epiſcopis, & a Rechatedo Rege honorificentiſſimè celebratum eſt. Corpus autem eius ex Carthagine Noua Hiſpalim tranſlatum eſt, & ſimul cum S. Iſidori ſui fratris corpore ſepultum. Scripſit Fulgentius (vt teſtis eſt Ioannes Mariana) *librum de fide Incarnationis, aliÿſq. nonnullis quæſtionibus, qui ad noſtrum tempus conſeruatur.* Porro, vt idem ait: *Fulgentÿ, & Florentinæ ſororis corpora ad Barzocanum pagum, non procul Guadalupeo oppido vbi ſimul reperta ſunt, conſeruantur. Aſtigi Florentinam vitam exegiſſe tradunt, quadraginta Virginum Collegÿs præfectā: vbi & domus, in qua vixit, monſtratur, & præcipui Virginū Collegÿ veſtigia ad Singilis, hoc eſt, Xenilis fluminis ripam: quo loco D. Hieronymi nomine monaſterium extat.* Ordinis quoque noſtri Hiſpani Patres, ex Breuiario Toletano in diuinis Officijs ita legūt: *Florentia, ſiue, vt alÿ eā vocant, Florentina, Fulgentÿ, Leandri, & Iſidori, Epiſcoporū ſoror, cum a teneris annis virginitatem Deo vouiſſet, monaſterium tandem monialium Ordinis Diui Benedicti ingreſſa eſt, quod olim ad Singilis fluminis ripas in agro Aſtigitano, trecentis, & eo amplius Chriſti Virginibus ibidem congregatis, ampliſſimum fuit. In quo tanta vitæ, & morum ſanctimonia Florentina virgo præfulſit, vt non tantùm huius, ſed etiam aliorum plurium eiuſdem Inſtituti monaſteriorum regimini præfecta fuerit: in quibus innumeræ Virgines mira vitæ auſteritate, & puritate Domino ſeruiebant. Denique cum vltra ſeptuageſimum ætatis ſuæ annum vitam, quā Angelicam ſemper egerat, produxiſſet, ad cælum cum ſponſo Chriſto in perpetuum regnatura euolauit, duodecimo Calendas Iulÿ. Eius corpus hodie Berzocane, quod eſt oppidum Placentinæ diœceſis, marmoreo ſepulchro intra ſacellum, crate ferrea occluſum, magna religione aſſeruatur. Præter hos autem quatuor, Seuerianus, & Tortura coniuges, Nouæ Carthaginis Duces* (vt Lucius Marinæus teſtis eſt) *tres alios progenuere filios, Hermenigildum ſcilicet, Regem martyrem, Recaredum Regem, cuius opera plures homines ad fidem Catholicam reuerſi fuere, & Braulium Cæſarauguſtanum Epiſcopum: quos tamen alÿ Leuigildi, & Theodoſiæ filios fuiſſe tradiderunt. Sunt etiam qui hos tres tribus alÿs fratres patrueles fuiſſe opinantur.* Verùm ſi Braulius Seueriani Ducis eſt filius, vel nepos, cur & Ioannes, Epiſcopus etiam Cæſarauguſtanus, qui ab Ildefonſo eius frater fuiſſe affirmatur, Seueriani quoque filius, vel nepos ab *Hiſpanis* Scriptoribus alijs non recenſeatur, mirum profectò eſt. Etenim ita ille: *Ioannes in Pontificatu Maximum ſecutus, Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ ſedem aſcendit: primò Pater monachorum, & ex hoc Præſul factus in regimine populorum. Vir in Sacris litteris eruditus, plus verbis intendens docere, quàm ſcriptis: tam largus, & hilaris dato, quàm & hilaris etiam vultu.*

Io. Marian. de reb Hiſp. lib. 6. c. 1.
Id. vbi ſup.

Breu Hiſp. Monaſt.

Luc. Marin. de reb. Hiſ. lib. 5. in Braulio.

Ildef. lib. de vir. ill. c. 6.

Et

Digitized by Google

Et quibuſdam interiectis: *Braulio frater Ioannis, in Cæſarauguſta dece-* Id. vbi ſup. c.1.
dentis, adeptus eſt locum: vir ſicut germanitate coniunctus, ita non nimiũ
ingenio minoratus. Clarus & iſte habitus canoribus, & quibuſdam opuſ-
culis: ſcripſit Vitam S. Aemiliani cuiuſdam monachi. Et idẽ ipſe Braulio
in hac ipſa S. Aemiliani Vita: *Tempore piæ recordationis domini mei, &*
germani maioris natu, communis, ac ſanctæ vitæ, doctrinæq. inſtitutoris,
Ioannis Epiſcopi. Itaque ego maiorem fidem adhibendam putarim Ro-
derico Santio, Epiſcopo Palentino, ante ducentos annos atteſtanti, ex
Theodoſia Iſidori ſorore, non ex Seueriano illius patre, hoſce liberos na-
tos eſſe. Sunt eius verba de Theodorico Gotthorum in Italia, & Hiſpa-
nia Rege, Seueriani huius patre: *Hic Theodericus pater fuit excellentiſſi-*
mi Principis Seueriani, Ducis Carthaginenſis: qui ex nobili Theodora ge- Roder Santi. hiſt. Hiſpan. par. 2. c.12.
nuit ſanctiſſimos, ac clariſſimos filios, videlicet Leandrum, & Iſidorum, Ar-
chiepiſcopos Hiſpalenſes, & Fulgentium Epiſcopum Tingitaniæ, ac Theo-
doſiam vxorem Leonogildi Regis, genuit & Florentiam virginem. Ad
hæc, Ioannes Vaſæus in eamdem declinaſſe videtur ſententiam: etenim
poſtquam enarraſſet, Leouigildum Regem, Goſuintham Athanagildi vi-
duam matrimonio ſibi iunxiſſe, ſtatim adiecit: *Alij dicunt, eum vxorem* Io. Vaſ. Hiſp. chron. ſub an. 567.
habuiſſe Theodoſiam, filiam Seueriani Ducis Carthaginenſis, & Theodo-
ræ: ex qua ſuſtulerit Hermenegildum, & Recaredum. Vnde veriſimile eſt,
eum alteram alteri ſuperduxiſſe. Nam quòd prædicti filij ex Goſuintha
non ſint, ex eo patet, quod Ioannes Abbas, temporis illius ſcriptor affirmat,
Leouigildum filio maiori Hermenegildo, & vxorem, & regni partem ad
regnandum dediſſe, anno regni ſui vndecimo: quo tempore ille, ſi ex Goſuin-
tha natus eſſet, vt plurimum decem natus annos, nec matrimonio, nec regno
maturus eſſe poterat: atque hoc ita eſſe poſtea clariùs conſtabit. Seuerianus
ille, Theodorici Oſtrogothorum, & Italiæ Regis, vt diximus, filius, ex v-
xore Theodora inclito Gothorum ſanguine prognata, ſuſcepit hos filios, S.
Leandrum, & S. Iſidorum, Archiepiſcopos Hiſpalenſes, S. Fulgentium
Epiſcopum primùm Aſtigitanum, deinde Carthaginenſem, Florentiam ſan-
ctarum Virginum monaſterijs Præfectam. Breuiarium Hiſpalenſe addit
S. Braulium Cæſarauguſtanum Epiſcopum, virum multarum linguarum,
& ſacræ Scripturæ peritiſſimum: & Iuſtinam, quæ quinquaginta ſancta-
rum Virginum monaſterijs præfuerit. Sed Iuſtinam iſtam arbitror eſſe
eam, quæ alijs Florentia dicitur. Braulij verò cum Diuus Iſidorus memi-
nit, nihil tamen addit vnde fratrem ipſius fuiſſe colligamus. Sed nec ipſe
Braulius, ſiue Braulio, in ijs, quæ viris illuſtribus Diui Iſidori, de ipſo Diuo
Iſidoro addidit, vllam huius rei mentionem facit. Quòd ſi hoc Vaſæi argu-
mentum a negatione ductum, alioqui inualidum, haberet vim, dicerem
ego, nec Leandrum Iſidori fratrem fuiſſe. Nam cum Iſidorus Leandri
etiam meminit, nihil tamen addit, vnde fratrem ipſius fuiſſe colligamus:
ait enim: *Leander genitus patre Seueriano, natione Carthaginenſis, pro-* Iſid. c. 28. li. de vir. illuſt.
uinciæ Hiſpaniæ, profeſſione monachus, & ex monacho Hiſpalenſis Eccle-
ſiæ, prouinciæ Bethicæ conſtitutus Epiſcopus: vir ſuauis eloquio, ingenio
præſtantiſſimus, vt etiam fide eius, atque induſtria, populi Gentis Gothorũ
ab Arriana inſania ad fidem Catholicam reuerterentur. Omnibus ergo
ſæculis, & ab omnibus nationibus, lumina hæc, ac Reipublicæ Chriſtianæ

Digitized by Google

ornamenta prædicentur. Lætetur præcipuè ſacra Benedicti Religio, quæ inter innumeros eius alumnos, tales iſtos, ac tantos in ſuis clauſtris meruit enutrire viros, nobilitate quidem claros, eruditione inſignes, ſanctimonia venerabiles. Nam vna excepta Theodoſia Regina, eiuſq. filijs Regibus, reliquos omnes in S.P.N. Benedicti Regula militaſſe, ſi Scriptoribus *Hiſpanis* fides adhibeatur, nemo iure dubitarit. Verumtamen quid de glorioſis celeberrimæ horum Sanctorum familiæ Parentibus Lucius Marinæus meritò prodat, accipe: *Seuerianum autem, Torturamq. Carthaginis Nouæ Duces, iſtorum Sanctorum parentes, qui tales progenuere liberos, ſi quis quoque Sanctos appellauerit, numquam quidem mihi non bene dixiſſe iudicabitur. Huiuſmodi enim fructus non niſi ex huiuſmodi arbore naſci potuiſſe, quis dubitet?*

Luc. Marin. de reb. Hiſp. lib. 5. in Florentina.

S. Iſidori Vita, quæ auctoritate Apoſtolica approbata, per lectiones diſtincta, in eius Officij die feſto, apud Hiſpanos præcipuè, legi ſolet.

ISidorus natione Hiſpanus, ex Noua Carthagine, cui pater ipſius Seuerianus dominabatur: a ſanctis viris Leandro Archiepiſcopo Hiſpalenſi, & Fulgentio Epiſcopo Aſtigitano, fratribus ſuis, ſanctè, & liberaliter in ſtudio litterarum educatus eſt: & ingentem doctrinam, Latinè, Græcè, atque Hebraicè cum magna nominis claritate conſecutus. Hic adoleſcens adhuc hæreſim Arianam, quæ gentem Gothorum, Hiſpaniæ latiſſimè dominantem, penitus iam pridem inuaſerat, conſtanter palam arguebat: vt propè fuerit, vt ab Arianis necaretur. Sed cohibitus a Leandro, hunc ſibi ſucceſſorem fore præſagiente, & vt ſe commodiori tempori reſeruaret admonitus, indignationem temperauit. Igitur Leandro vita functo, Iſidorus magno regis Recaredi, & populi conſenſu, in Hiſpalenſi Archiepiſcopatu ſufficitur. Quam electionem S. Gregorius Papa confirmauit, eique pallium miſit in Hiſpaniam. Quantùm verò Pontifex factus, fuerit conſtans & humilis, patiens & benignus, compatiens miſeris & pauperibus: & cunctis virtutibus inſignitus, nullius lingua ſufficeret ad narrandum. Conſtruxit monaſteria, & collegia ædificauit: in quibus, ſtudijs ſacris, & diuinis lectionibus vacãs, plurimos diſcipulos, qui ad eum confluebant, erudiuit: inter quos fuit B. Illefonſus, Toletanæ Eccleſiæ poſtea Archiepiſcopus. Scripſit librum Etymologiarum, & ſacri Canonis libros plurimos commentatus eſt: & tot, tantaq. alia volumina ſcripſit, vt humana vix vita tantis ſuffecta laboribus videatur. Sed qui Deo ſtudent, nihil non procliue ſentiunt, nihil fruſtra conantur, nihil non ex voto conſequuntur. Fuit denique Iſidori tanta doctrinæ, ac ſanctitatis opinio,

vt

Digitized by Google

vt coacto Concilio generali, vltro fuerit a Pontifice Maximo vocatus. Vbi mirum eſt, quantum ponderis, & auctoritatis habuerit in ſingulis rebus Iſidori ſententia apud Pontificem, & omnes Prælatos. Reuerſus autem in Hiſpaniam, cum ſuam mortem, & Hiſpaniæ vaſtationem a Saracenis publicè prædixiſſet, migrauit e vita, Pridie nonas Aprilis, anno Domini ſexcenteſimo trigeſimo quinto: Siſenando in Hiſpania regnante; ſepultuſq. fuit Hiſpali. Vnde poſtea tranſlatus eſt in vrbem Legionem a Fernando I. Caſtellæ ſimul & Legionis rege, qui hoc ab Eneto Saraceno Hiſpali regnante, magnis precibus, & præmijs impetrauit: cuius nomine templum ædificatum eſt Legione; vbi ſepultus, miraculis clarus, colitur magna populi religione.

Conſtantini, Abbatis Caietani, in ſequentem S. Iſidori Vitam, Notæ.

HAnc S. Iſidori Vitæ Hiſtoriam habuimus ex eo libello, qui ſeiunctim impreſſus Antuerpiæ MDLXXII. amplectitur (vt eo loco prænotatur) *Feſta Sanctorum, & eorum Officia propria, auctoritate Apoſtolica recepta: quæ in Ordine Diui Iacobi in Hiſpania ſpecialiter celebrantur.* Eadem hæc quoque Sanctorum Hiſpanorum Officia in totius Hiſpanicæ Eccleſiæ gratiam, Pius V. Gregorius XIII. & Sixtus V. ea ipſa auctoritate Apoſtolica confirmarunt, & conceſſerunt: vt ex editione eorumdem Romæ facta MDCIX. compertum habui. Denique hanc ipſam S. Iſidori Vitæ hiſtoriam ante Concilium Tridentinum, in eiuſdem Iſidori feſto die, per lectiones item diſtinctam, Romana Eccleſia recitabat: vt videre eſt in eo Breuiario, quod a Cardinali Franciſco Quignonio, iuſſu Clementis VII. Papæ confectum, Pauli III. verò recognitum, atque editum eſt. Qua de cauſa ſacra iſtorum Officiorum auctoritate, & nos in hoc opuſculo non ſemel vſi ſumus.

Lucas, Diaconus Tudenſis, Chronicorum Mundi, lib. III. *in princ.*

DOctor, & Legiſlator Hiſpaniarum Iſidorus, ſtans in Eccleſia, peracto ſermone ad populum, & expandens manum ad cælũ, ac benedicens omnibus, Deo ſibi hactenus traditum gregem commendans feliciſſimo ſomno obdormiuit in Domino, ſenio ſanctiſſimo decoratus. Extitit quippe ſpiritu prophetiæ clarus, in eleemoſynis largus, hoſpitalitate præcipuus, corde ſerenus, in ſententia verax, in iudicio iuſtus, in prædicatione aſſiduus, in exhortatione lætus, in lucrandis Deo animabus ſtudioſus, in expoſitione Scripturarum cautus, in conſilio prouidus, in habitu humilis, in menſa ſobrius, in oratione deuotus, honeſtate præclarus: ſemper pro Eccleſia,

Digitized by Google

ſia, ac veritatis defenſione mori pronus, & in omni bonitate conſpicuus. Præterea pater extitit clericorum, doctor & ſubſtentator monachorum ac monialium, conſolator mœrentium, tutamen pupillorum ac viduarum, leuamen oppreſſorum, defenſor ciuium, attritor ſuperborum, perſecutor & malleus hæreticorum. Rexit Archipræſulatum Hiſpalenſis Eccleſiæ quadraginta annis, diuerſis fulgens miraculorum ſignis, Primatiæ dignitate florens, & Romani Papæ in Hiſpanijs vices gerens: Sacerdotibus, Regibus, & populis diuinas, & humanas Leges tradidit, & Romano Antiſtiti humiliter obedire præcepit. Nolentibus obedire maledictionem intulit: & eos a fidelium conſortio ſeparauit. Multis librorum voluminibus Chriſti Eccleſiam informauit, & in pace quieuit Aera DCLXXX. Toletum ad Synodum Epiſcopos conuocauit, & ore prophetico eis ſui obitus diem, & Hiſpanijs ventura prædixit.

Sidus honeſtatis, lux morum, ſol probitatis,
Hæc ait in Synodo Toleti vir ſacer ille
Iſidorus, per quem floruit alma fides:
Si ſeruaueritis, quæ vobis præcipiuntur,
Seruabit Chriſtus vos in amore ſuo:
Frumentum dabit ac oleum, dabit optima quæque,
Si pura mente complaceatis ei;
Si neglexeritis ea, non impunè feretis,
Cum rectè praua puniat acta Deus.
Inde cadent Gotthi bellis, & Barbarus hoſtis
Vos premet innumera clade, timore, fame.
Tunc conuertimini, tunc crimina plangite veſtra,
Et ſtatim Dominus auxiliator erit.
Gloria maior erit vobis: & gratia Chriſti
Extollet Gotthos vberiore bono.

De geſtis eius hæc inter Regum actus annotauimus: quia ipſe de præclara Regum Gotthorum ſtirpe, patre Seueriano, Carthaginenſi Duce, extitit procreatus.

Lucius Marinæus, Siculus, Regius Hiſtoriographus, lib. v. de Rebus Hiſp. memorabilib. ad Imp. Carolum V. & Iſabellam Imperatricem, Catholicos Hiſpaniæ Reges.

LEandro viro docto, ſanctoq. frater Iſidorus doctiſſimus ac ſanctiſſimus, in Hiſpalenſis Epiſcopatus dignitate ſucceſſit: qui

vnus

vnus inter omnes Hiſpaniæ tum ſanctitate,tum litteris clarus, non ſecus ac ſol inter omnia ſydera fulſit. Natus enim ex ſtirpe regia, verus nobilis,verus doctus, verus ſanctis, & cunctis virtutibus excellens plurimum,& patriam Hiſpaniam, & Chriſtianã Religionem illuſtrauit. Fuit autem Diui Gregorij Papæ diſcipulus, a quo & doctrinam,& ſanctitatem doctus,ob doctrinam ſingularem,maximaſq. virtutes,miraculaq. permulta,in magnam apud omnes admirationem deuenit.Qui cum eruditiſſimus eſſet,plurima ad Chriſtianam fidẽ pertinẽtia,ac de alijs rebus librorũ volumina confecit. *Et infra:* Ex cuius libris hæc ſalutaria præcepta, cõſiliaq.ſapientiæ plena collegimus, quæ ſequuntur. Patienter ab vno ferendũ eſt,quod multis accidit. Difficile eſt prauam vincere conſuetudinem: aſſidua namque conſuetudo in naturam conuertitur. Conor a lapſu reſurgere, & non valeo vſui repugnare. Trahor amore boni,retrahor malæ cõſuetudinis lege. Quamuis cum dolore vſui malo reſiſte. Corrumpi non poteſt corpus, niſi prius corruptus fuerit animus. Caſtitas hominem cælo coniungit, & angelorum comitem facit. Saturi libido ſemper eſt accenſa,ieiunio verò deprimitur. Venis vino plenis in membris luxuria pullulat. Pocula ſunt enim luxuriæ inſtrumenta, & igni adiecto fomite magis incendium creſcit. Si vis a fornicatione eſſe tutus,eſto corpore,& viſione muliere diſcretus.Circa ſerpentem enim poſitus diu illæſus non eris. Eiuſdem Sancti ſententiæ memoratu dignæ de patientia,& humilitate. Quantum humilitate cor inclinatur ad infima,tantum proficit in excelſo. Primus humilitatis gradus eſt libenter audire veritatem,memoriter retinere, volũtariè proficere. Veritas mentem fugit,quam humilem non inuenit. Deſcende,vt aſcendas,humiliare,vt exalteris, ne exaltatus humilieris. Eſto paruus in oculis tuis, vt ſis magnus in oculis Dei. Tanto enim eris apud Deum pretioſior, quanto fueris ante oculos tuos deſpectior. Humilitas caſum neſcit. Aequalis eſto in omnibus, mentem neque gaudio commutes,neque mœrore. Nullus te caſus imparatum inueniat. Nullus ſit caſus, quem non præmeditatio tua præuiderit. Propone tibi nihil eſſe,quod non poſſit accidere: nam præcogitatio moleſtias futuras attenuat, improuiſa autem mala grauiter feriunt. Quod tibi in alio diſplicet, in te ipſo diſpliceat. Para tibi contra verbum aſperum tolerantiæ clypeum, contra linguæ gladium patientiæ ſcutum. Conuitium non retorqueas, contumeliam ne repetas, tene ſilentij patientiam, tacendo facilius vinces. Aperi tranquillo corde dolorem iniuriæ; vulnus quamuis graue ſit,apertum euaporat, valde autem comedit animum vulnus in-

Digitized by Google

cluſum. Inuidia ſibimet primùm nocet, primùm actorem ſuum mordet: eſt enim animæ tinea, quæ ſenſum comedit; pectus vrit, mente afficit, cor quaſi peſtis depaſcit. Eiuſdem Sancti præcepta de bona, & honeſta conuerſatione. Profeſſionem tuam habitu, & inceſſu demonſtra; ſit in geſtu grauitas, in inceſſu honeſtas, nihil laſciuiæ, nihil dedecoris, nihil petulantiæ, nihil inſolentiæ, nihil in inceſſu tuo leuitatis appareat. Mores hominis lingua pandit: qualis enim ſermo, talis & animus exiſtimatur. Alienam vitam non laceres, de malo alieno os tuum non inquines. Non detrahas peccanti, ſed condole. Quod in alijs detrahas, in te potius pertimeſcas. Detrahentes quoque non audias: pari enim reatu detrahentes, & audientes tenentur. Inter fideles non computantur, qui quod vouerunt, non adimplent, quia fidem promiſſionis non ſoluunt. In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum; impia eſt promiſſio, quæ ſcelere impletur. Nulla pœna grauior eſt, quàm mala conſcientia: mens enim malæ conſcientiæ proprijs ſtimulis agitatur. Prauas cogitationes tuas manifeſta; vitium enim proditum cito curatur. In bonis dilatio nocet. Sæpe natura moribus immutatur, conſuetudine ſuperatur. Quod cum difficultate cœperis, per vſum cum voluntate perficies. Non ſolùm factor, ſed etiam conſcius peccati tenetur obnoxius. Hæc itaque præcepta ſalutifera de Sancti glorioſiſſimi codicibus hauſimus. Cuius dies feſtus, cum Sanctus fuerit egregius, cum apud Chriſtianos omnes, tum verò apud Hiſpanos deuotiſſimè celebratur.

Agitur de Benedictino Hiſpalenſis Iſidori Monachatu. Ex Part.V. Sacrar. Concertat. Conſtantini Caietani, Abbatis Caſinen. S. Baronii.

SI qui illuſtrium virorum de Chriſtiana Religione egregiè meritorum vitas, aut elogia contexuerunt, vnicuique ius ſuum tribuiſſent, vel in eo certè tribuendo accuratius animum applicuiſſent, nec mihi defraudato ſuis laudibus Benedictino Ordine, identidem eſſet conquerendum: minuſq. ad eamdem propemodum actionem intendendam deſcendere iterum cogerer. Iſidorum quippe regio Gotthorum ſanguine oriundum, Hiſpalenſem Epiſcopum, ſunt qui Benedictinæ Familiæ aut omnino non adſcribant, aut qui id faciunt, tam ſupinè, obiterq. rem attingant, vt ſatius profectò fuiſſet, ſi eam veluti ſibi incompertam ſilētio tranſmiſiſſent. Quapropter nos pro conſueto noſtro aſſerendæ veritatis ſtudio, ac in ſacrum Ordinē obſequio, quod ab alijs de Iſidori monachatu minus diligenter præſti-

tum

Digitized by Google

tum eſt, exquiſitiori indagatione ob omnium oculos proponere in praeſentia aggredimur.

Ex illorum numero, quos ſecundo loco nominaui, ſunt Petrus Ricordatus, & Hieronymus Plata, hoc eſt, qui nullam antiquiorum auctoritatem afferentes, Iſidori monachatum aſſerunt. Sed & Arnoldus Vuion eiuſdem Iſidori effigiem inter complures alias illuſtrium Benedictinorũ, monaſtico cultu in Mantuano Cœnobio ante centum quadraginta fermè annos depictam (quod & ego quoque affirmare non ambigo) extare ſcribit. Quid autem prohibebat Iſidorum ipſum in ſui monachatus teſtem adducere, vel ex eiuſdem ſcriptis elicere? Quandoquidem ille non ſolùm S. Benedicti Regulã elucidauit, verùm etiam monaſticam profeſſionem emiſiſſe, tantum non proprio ore profitetur. Quis enim euulgatam Iſidori Regulam (tametſi haec illorum in Regulam S. Benedicti Commentariorum Epitome verius appellari poteſt) perlegens, ac ab ea, quam S. Benedictus conſcripſit, hauſtam deprehendens, de illius monachatu ambigere amplius poſſit? Enimuerò eaedem vtriuſque inſtitutiones, eaedem ſententiae, eaedem voces. Praecipit Benedictus, vt monachorum vitam informent Abbates, Praepoſiti, Decani, Cellerarij, Seniores. Iſidorus his ipſis, vt ita dicam, terminis obſeruationem eamdem monachos ſuos docet. Idem de veſtimentorum vocabulis videre eſt: cucullae nimirum, tunicae, melotes pelliceae, mapulae, pedules, caligae, & caeterorum huiuſmodi, quae a S. Benedicto pariter excepta, exſcriptaq. Regulae ſuae Iſidorus interſerit. Quemadmodum etiam cibi, potuſq. praecepta; pœnarum item delinquentium; de opere monachorum; de eligendo Abbate; cura, & ſollicitudine Praepoſiti, ac Decanorum. Quae omnia vſque adeo in ordinem ad Leges monaſticas S. Benedicti, ſuis monachis Iſidorus cuſtodienda tradidiſſe manifeſtum eſt; vt neceſſariò inferre liceat, non eum quidem alio propoſito, quàm vt Hiſpanis monachis ſub S. Benedicto militaturis, illius Regulam a ſe dumtaxat enarratam, & ad terrae Hiſpaniae vſum paululum deflexam (quod ipſe S. Benedictus Praelatorum diſcretioni, pectoriq. permiſit) obſeruandam proponeret. Atque huc proculdubio reſpexit S. Braulio Epiſcopus Caeſarauguſtanus, cui Iſidorus Originum libros dicauit, dum ſcripſiſſe Iſidorum ait: *Monaſticae Regulae librum vnum, quem pro patriae vſu, & inualidorum animis decentiſſimè temperauit.*

Pet. Ricord. hiſt. monaſ. Diar. 4. Hieron. Plat. de bon. ſtat. Relig. lib. 2. c. 32. Arn. Vuion lig. vit. lib. 2. c. 14. & lib. 3. ad 4. diem Aprilis.

Braul. Epiſc. Vit. S. Iſid.

Quos verò ſupra commemoraui Iſidori in S. Benedicti Regulam Commentarios, Smaragdus Abbas S. Michaelis in Lotharingia, qui non longè poſt eumdem Iſidorum vixit, Regulam & ipſe illam

explicans, ſæpiſſimè producit. Quin & Petrus Diaconus Caſinenſis, qui quingentos ferè ab hinc annos floruit, hanc de Iſidoro mentionem facit: *Sed nos icciрco breuiter hanc exponemus, quia in huius rei negocio operam dederunt, Paulus Caſinenſis Diaconus, Rabanus Maurus, Doctor Iſidorus, Stephanus, ac Paulus Abbates.* Quod tam in breui, quàm in longiori eiuſdem Regulæ explanatione frequentiſſimè etiam fatetur. Eos porro Iſidori Commentarios, ſi quis cum eiuſdem Monachorum Regula, cuius proximè meminimus, contulerit, facillimè perſpiciet, vt ab initio ſignificaui, hanc nihil aliud eſſe, quàm illorum breuiarium quoddam, eouſque tum ſtylo, tum ſubiecto inter ſe ſimilia, aut verius eadem ſunt. Iam verò aliquot ex his ipſis Commentarijs loca in medium proferantur, vnde Iſidorum nō modò monachum, ſed monachorum etiam Patrem ſemet detegentem audiamus. De infirmis fratribus ipſius verba ſunt ad Benedictinos: *Qui ſani ſunt corpore, ſani debent eſſe & mente: & ideo conuenit ſanis infirmos portare, magis quàm ab infirmis portari. Neceſſe eſt enim, vt patienter portemus infirmos, vt iterum infirmi patienter portemur a ſanis. Tempore enim infirmitatis eorum copioſam mercedē prouidēdo conquiramus ab illis, vt illo tempore infirmitatis noſtræ, copioſam mercedem ſeruiendo conquirant de nobis.* Sed & alibi de mēſura ciborum S. Benedicti præcepta explanans: *Quando in menſa cibus adminiſtratur, nullus prius cibum comedat, quàm ſignum ad benedicendum inſonet: & cum ſignum audierint, vna voce benedictionem poſtulent: & data ſic comedant. Illud præcipuè decernimus, vt nullus ex menſura ſua vel accipere ab altero præſumat, vel dare præter Abbatem, aut Præpoſitum, cui ab Abbate commiſſum eſt.* Similiter cum de diſciplina ſuſcipiendorum fratrum agit: *Neque intus ſuſcipi quemquam conuenit, qui relicto ſæculo ad militiam Chriſti pia, & ſalubri humilitate conuertitur, niſi prius foris poſito eius humilitas, ſiue patientia comprobetur. Ideo autem probationibus ſub Abbatis imperio militamus, & dura, & aſpera ab Abbate imperata gratanter portamus, vt per peregrinationem vitæ huius cum Domino regnare mereamur.* Denique alijs omiſſis, ad calcem Commentariorum ita ſcribit: *Plura ſunt præcepta, vel inſtituta Maiorum, quæ a ſanctis Patribus ſparſim prolata reperiuntur: quæque etiam nonnulli altius, vel obſcurius poſteritati compoſita tradiderunt. Quis ergo veſtrum illam vniuerſam veterum diſciplinam contendit appetere, peragat, in quantū placet, & arduum illum limitem, atque anguſtum, leuigato curſu incedat. Qui uerò tanta iuſſa Priorum explere nequiuerit, in huius liminis diſciplina greſſum ponat; ne uel ultra declinando ſtudeat, ne dum deli-*

Pet. Diacon. Epit ſup. Regul. S. Ben. ap me MS. ex Bibl. Caſin.

Extant ap. me ex eadē Biblior.

Iſid. in c. 36. Reg. S. Ben.

Idem ibid. in c. 39.

Idem in c. 58.

Idem in c. vlt. Reg. S. Bened.

Digitized by Google

delicatus appetit inferiora, tam vitam, quàm nomen monachi perdat. Quapropter ſicut illa præcepta Priorum perfectum reddunt, ac ſummum, ita faciunt iſta vltimum; illa cuſtodiunt perfecti, iſta ſequuntur poſt peccatum conuerſi. Hæc igitur, o ſerui Dei, milites Chriſti, contẽptores mundi ita a vobis volumus cuſtodiri, vt maiora præcepta Patrum per omnia conſeruetis. Plenitudo autem ſanctæ conuerſationis, & ſpiritualis vitæ perfecta doctrina in eorum ſanctorũ Patrum Regulis nobis quotidie recitatur: quorũ & probata vita diuino docendi munere attributa eſt. Nec in Regulam S. Benedicti dumtaxat ſcribens, minutiſſimas quaſque rerum monaſticarum percurrendo, vt proximè poſitis locis videre eſt, ſe monachum palam aperit: verùm etiam aliјs in operibus eamdem animi propenſionem, inſtitutumq. ſuum de rebus quoque monaſticis agens, planiſſimè detegit. Neque enim de laicis, vel clericis pertractans, tam efficaci oratione vmquam vſus eſt; at in rebus monaſticis, veluti de domeſticis negocijs præcipiat, curam omnem, ac diligentiam abſolutiſſimè adhibet: vt cuilibet ad hoc animaduertendum, animum intendenti liquere poterit. Siquidem de humilitate, vel opere monachi ſermonem inſtituens, hæc profert. *Nam veraciter condemnamur, ſi per torporem ea, quæ bona ſunt agimus.* Maiore verborum vi monachos ſæcularibus curis implicatos corripit: *Sicut noſtra nobis non odenda eſt anima, ſed eius carnales affectus odio debemus habere; ita nec parentes odio nobis habendi ſunt: ſed eorum impedimenta, quæ nos ab itinere recto præpediunt, dum tamen Dominus ita præcipiat nobis parentes odire, ſicut & animas noſtras.*

Iſid. Sent. li. 3. c. 19.

Id. ibid. c. 21

Luc. 14.

His omnibus irrefragabilem quoque rationem adſcribamus. Extra controuerſiam poſitum eſt, nullum per ea tempora, qui monachus non eſſet, monachorum magiſtrum extitiſſe: immo piaculi loco habitum, ſi quis monachus alienum audire aliquo pacto præſumpſiſſet. Illud etiam in confeſſo eſt, celeberrimarum ſcholarum cathedras non niſi Benedictinos obtinuiſſe, quarum pleraſque etiam fundauerunt. Atqui Iſidorum non modò vt ſacrarum Litterarum profeſſorem monachos docuiſſe, ſed monaſtica quoque diſciplina eoſdem inſtituiſſe, magis clarum eſt, quàm vt probatione indigeat: tùm ex ijs, quæ iam deduximus ab illo in Regulam S. Benedicti, monachis excipientibus dictatis, affatim intelligi potuit.

Quibus etiam hoc addamus, licet: cauiſſe Romanos Pontifices, vt graſſantibus ea tempeſtate per Chriſtianum orbem Arrij, Pelagij, aliorumq. id generis monſtrorum hæreſibus obuiam iretur, ne ſacræ Litteræ alibi, quàm in Monaſterijs, & a monachis docerentur.

Refert

Digitized by Google

Io. Balæ in præf. atal. Script. Brit.

Refert Ioannes Balæus, etſi damnatæ memoriæ ſcriptor: *Gregorij enim Rom. Pont. Decreto ordinatum tunc fuit, ne Angli Gymnaſia extra horum Cœnobia celebrarent propter Arrianam hæreſim, ac quoſdam Britannorum errores*. Hæc & longè antea teſtatum reliquerat Ioannes Hardingus de Academijs a S. Auguſtino, eiuſdem Magni Gregorij conſodale, in Monaſterijs erectis agens. Quod ſi Gregorius Angliæ Chriſtianiſmo ſua opera recens imbutæ, iſtiuſmodi Decreto conſuluit, vel ipſum, aut certè alios Summos Pontifices cæteris Chriſtianis regionibus eadem labe pollutis pariter conſuluiſſe, probabile in primis eſt. Vnde continuò ſequitur, Iſidorum, qui per illa ipſa tempora ſacrarum Litterarum interpretationem publicè profitebatur, monachum neceſſariò fuiſſe, nec extra Monaſteria id præſtare potuiſſe.

Io. Arding. hiſt. l. b. 1. c. 15.

Sed lubet vltra progredi, atque hoc amplius perueſtigare, in quo nam ex Hiſpanicis cœnobijs Iſidorus monaſticum Inſtitutum amplexus ſit. Et quando coniecturis agendum eſt, mihi quidem probabile videtur non alibi, quàm vbi Leander ipſius Iſidori frater. Conſtat etenim Leandrum ab ætatis exordio cucullam induiſſe; tum etiam Iſidori, Fulgentij, & Florentinæ ſororis, non modò natu maximum, ſed propemodum nutricium, virtutumq. omnium exemplar, & magiſtrum. Rurſus, licet controuerſum ſit apud Hiſtoricos vtri Monaſterio, Hiſpalenſi ne, an Legionenſi ab initio ſe Leander addixerit; Maximi, Cæſarauguſtani Epiſcopi, illorum temporum teſtimonium pro Hiſpalenſi perſuadet: cuius verba hæc ſunt: *Aera DXCVII.* (hoc eſt anno Chriſti DLIX.) *Reccaredus Hiſpali naſcitur; Leander fit monachus*. Et ratio inſuper conuincit. Neque enim credibile ſit Leandrum id ætatis Legioni monaſticen profiteri auſũ; Sueuis, qui Gallæciæ prouinciam obtinebant (ſub hoc enim nomine Legionenſibus, ac Saguntinis etiam imperabant) Catholicos immaniter perſequentibus: quippe, qui Arrianã hæreſim nondũ abiurauerant, immo Vincentiũ Benedictinorũ Abbatẽ cũ vniuerſo Conuentu ſub illa ipſa tempora martyrio etiam affecerant. Probabilius, inquã, mihi eſſet, Leandrum Hiſpali iam pridem monachum, deincepſq. huius conſuetudine, ac exemplo Iſidorum ibidem initiatum, Gothis Arrianæ prauitatis ſectatoribus mox ſæuientibus, Legionem (ad veræ Fidei cultum S. Martini Epiſcopi Dumienſis opera, prope annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum tertium, traductis iam Sueuis) ſe recepiſſe. Nec aliter de S. Fulgentio Aſtigitano Epiſcopo iudicauerim. Siquidem recentiores, qui monachum illum quoque aſſerunt, næ ij mea quidem ſententia optimè ſentiunt. Nam præter-

Max. Cæſaraug. ap. Prudent. Sandoual. par. 1. §. 12. Fundat. monaſt. Ben. Hiſpan.

Digitized by Google

terquàm quòd ea, quæ de Iſidoro attulimus, Fulgentio aptiſſimè congruunt. Certiſſimum huius monachatus inditium eſt, S. Florentinam ſororem in Aſtigitana ditione, quadraginta Virginum Collegijs Præfectam, in eiuſmodi Præfectura tam accuratè direxiſſe, atque iuuiſſe.

Magnum Iſidorum inter principes Eccleſiæ Romanæ Doctores poſſe connumerari, nihil obſtat.
Ex Part. V. Sacrar. Concertat. Conſtantini Caietani, Abb. Caſinen. S. Baronti.

QVanta ſit facienda Hiſpalenſis Iſidori doctrina, tradunt omnes omnium ætatum Scriptores, ac ex ijs plures eruditione, & ſanctitate inſignes. Vnde Leo IV. Pont. Max. Doctorem ſanctum vocat Iſidorum, æquè ac Hieronymum, & Auguſtinum: reſpondens enim Britanniæ Epiſcopis: *Si illorum,* ait, *quorum meminiſtis, dicta, Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, ac cæterorum ſimilium ſanctorum Doctorum reperta fuerint, magnanimiter ſunt retinenda, ac promulganda, vel ad Apoſtolicã Sedem referenda.* Patres Concilij Toletani octaui: *Noſtri quoque ſæculi Doctor egregius, Eccleſiæ Catholicæ nouiſſimum decus, præcedentibus ætate poſtremus, doctrinæ comparatione non infimus: & (quod maius eſt) * iam ſæculorum finitorum doctiſſimus, atque cum reuerentia nominandus.* Prætereo nunc Aquiſgranenſe Concilium, cuius Patres Iſidori doctrinam permultis Sanctis anteferendam Doctoribus iudicarunt. Prætereo & reliquos celeberrimi nominis Scriptores Iſidori libros miris laudibus extollentes. Braulionem tamen Cæſarauguſtanum, Iſidori amiciſſimum, ac Ildefonsũ Toletanum Iſidori diſcipulum, ſanctiſſimos æquè Epiſcopos, ac doctiſſimos, de Iſidoro loquentes attendamus. Et quidem Braulio: *Iſidorus vir egregius, in quo quiddam ſibi antiquitas vindicauit, immo noſtrum tempus antiquitatis in eoſcientiam imaginauit: vir in omni locutionis genere formatus, vt imperito, doctoq. ſecundum qualitatem ſermonis exiſteret aptus, congrua verò opportunitate loci incõparabili eloquentia clarus. Iam verò quantus ſapientia fuerit, ex eius diuerſis ſtudijs, & elaboratis opuſculis perfacilè prudens lector intelligere poterit.* Et inferius: *Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporũ, tu ſacrorum iura, tu ſacerdotum, tu domeſticam, publicamq. diſciplinã, tu ſedium, regionum, locorum, tu omnium diuinarum, humanarumq. rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti. Quo verò flumine eloquentiæ, & quot iaculis diuinarum Scripturarum, ſeu Patrum teſti-*

Ap Grat. di. 20. de libell.

Conc. Tolet. 8. c 2. tom. 2. Concil. edit. Colon. 1551

* in ſæculorum fine.

Conc. Aquiſgran. habet. vbi ſup.

Braul. Cæſarau. Prænot. libb. S. Iſidori præfix. ipſius operibus.

Digitized by Google

monijs, Acephalitarum hæreſim confoderit, Synodalia geſta coram eo Hiſpali acta declarant. In qua contra Gregorium præfatæ hæreſis Antiſtitem eam aſſeruit veritatem. Ildefonſus autem: *Vir decore ſimul & ingenio pollens. Nam tantæ iucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, vt vbertas admiranda dicendi ex eo in ſtuporem verteret audientes: ex quo audita is, qui audiſſet, non niſi repetita ſæpius commendaret. Scripſit opera & eximia, & non parua. Vir* (ait Ioannes Trithemius) *in diuinis Scripturis, & in ſæcularibus litteris nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio ſubtilis, ſenſu clarus, eloquio compoſitus, carmine excellens & proſa, non minus ſanctitate, quàm doctrina inſignis effulſit.* Indicio namque tanti ingenij, eloquentiæ, ac ſapientiæ in Iſidoro fuit examen apum in cunis circum infantis os volitans, quod niſi de magnis viris neque credi, neque dici ſolet. Ioannes Vaſæus: *Aiunt examen apum ipſi infanti viſum in os ingredi, & egredi, & in cælum vſque euolare: quod de B. Ambroſio legitur.* Vaſæo ſuffragatur & Ioannes Mariana. Qua de re ſicut horum duorum Patrum ſapientia diuino apum mellificantium prodigio eſt deſignata, ita ambos admirabilibus ornatos virtutibus, & ſi non eodẽ anno, eodem tamen die, quarto videlicet Aprilis, idem excepit cæleſtis gloriæ triumphus. Propterea deſperare minimè poſſumus, quin cæteris ſex ſtatutis a Sede Apoſtolica Doctoribus, Iſidorum etiam noſtrum aliquando adnumeratum videamus. *Sunt qui ſcribant* (ait Ioannes Mariana) *Bonifacio VIII. Romano Pontifice deliberante de ijs, qui Doctorum Eccleſiæ nomine, & numero eſſent cohoneſtandi: fuiſſe qui Ambroſio Iſidorum præferendum, aut quatuor certè alijs, quintum adijciendum iudicarent. Opinioni fidem tanti viri eruditio facit in omni litterarum genere excellentis: & quoniam in eo numero duo Patres Italici generis ſunt, nullus ex Occidente*. Itaque cum Iſidorus permultos exarauerit libros, nemo tamen ad hanc vſque noſtram ætatem, exactum illorum catalogum confecit. Propterea ego tam edita Iſidori opuſcula, quàm quæ adhuc deſiderantur, hic recitare decreui: vt ſacræ Doctoris Benedictini vigiliæ magis, magiſq. æſtimentur. In poſtrema ergo operum Iſidori editione, quæ cæteris omnibus auctior, a Iacobo Breulio, Benedictino, Pariſijs facta eſt, hæc habentur.

Ildef. l.b. de vir. ill. c. 9.

Io. Trith. li. de Scriptor. Eccleſ.

Io. Vaſæus Chro. Hiſp. ſub an. 637.

Io. Mariana lib. 6. c. 7. de reb. Hiſp.

Io. Mariana vbi ſup.

Originum, ſiue Etymologiarum libri xx.

lib. I. de Grammatica.	*Diſciplina a diſcendo.*
lib. II. de Rhetorica, & Dialectica.	*Rhetorica eſt benè dicendi.*
lib. III. de Quatuor Diſciplinis Mathematicis.	*Mathematica Latinè dicitur.*

lib. IV.

Digitized by Google

lib.IV.de Medicina.	*Medicina eſt,quæ corporis.*
lib.V.de Legibus,& Temporibus.	*Moyſes Genti Hebraicæ.*
lib.VI.de Libris,& Officijs Eccleſiaſticis.	*Vetus Teſtamentum.*
lib.VII.de Deo,Angelis,& Fidelium ordinibus.	*Beatiſſimus Hieronymus.*
lib.VIII. de Eccleſia, & Sectis diuerſis.	*Eccleſia Græcum eſt.*
lib.IX.de Linguis,& Societatibus.	*Linguarum diuerſitas.*
lib.X.Vocum cæterarum Alphabetũ.	*Origo quorumdam nominum.*
lib.XI.de Homine,& portentis.	*Natura dicta eſt.*
lib.XII.de Animalibus.	*Omnibus animantibus.*
lib.XIII.de Mundo,& Partibus.	*In hoc libello.*
lib.XIV.de Terra,& Partibus.	*Terra eſt in media.*
lib.XV.de Aedificijs,& agris.	*De auctoribus conditarũ vrbiũ.*
lib.XVI.de Lapidibus,& Metallis.	*Puluis dictus.*
lib.XVII.de Rebus ruſticis.	*Rerum ruſticarum.*
lib.XVIII.de Bello,& Ludis.	*Primus bella intulit.*
lib.XIX.de Nauibus, Aedificijs, & Veſtibus.	*Artium quarumdam.*
lib.XX.de Penu,inſtrumentis ruſticis, & domeſticis.	*Primus Dedalus.*
Fragmenta quædam, quæ videntur ad Iſidori Etymologiarum libros pertinere.	*Talentum eſt pondo.*
De Differentijs,ſiue proprietate verborum,lib.I.	*Inter polliceri, & promittere.*
De Differentijs ſpiritalibus,lib.II.	*Inter Deum, & Dominum.*
Synonimorum,ſiue Soliloquiorum, lib.I.	*Anima mea.*
lib.II.	*Quæſo,te anima.*
De Contemptu mundi, lib.	*Venit ad manus meas.*
De Norma viuendi, lib.	*Age fili.*
Exhortatio pœnitendi cum conſolatione, & miſericordia Dei,ad animam futura iudicia formidantẽ.	*Cur fluctuas anima.*
Lamentum pœnitentiæ,verſu,ac duplici alphabeto editum.	*Audi Chriſte triſtem fletum.*
Oratio ad flenda ſemper peccata pro correctione vitæ.	*Deus omnium mirabilium.*

Digitized by Google

*Habetur etiam in lib. Precationũ, quibus Carolus Caluus adhuc adoleſcens vtebatur, pag. 118 edit. Ingolſt. 1583.

Oratio contra inſidias diaboli.	*Tu Domine* * *verus Doctor.*
Epiſtola ad Maſonem Epiſcopum, de lapſu, & reparatione ſacerdotis.	*Domino verè ſancto.*
lib. de Natura rerum, ſiue de Mundo.	*Illuſtri Domino, & filio Siſebuto.*
Chronicon ab initio mundi, vſque ad ſua tempora.	*Breuem temporum ſeriem.*
Chronicon Gotthorum	*Gotthorum antiquiſſimum eſſe regnum.*
Hiſtoria VVandalorum.	*VVandali cum Alanis.*
Hiſtoria Sueuorum.	*Sueui duce Hermerico.*
lib. I. Procemiorum de libris Veteris Teſtamenti.	*Plenitudo Noui.*
lib. II. Procemiorum Noui Teſtamenti.	*Euangeliorum prædicatio.*
Commentaria in Geneſim.	*Hiſtoria ſacræ Legis.*
Commentaria in Exodum.	*Quædam myſteria.*
Commentaria in Leuiticum.	*Hoſtiarum diuerſitates.*
Commentaria in Numeros.	*Ideo hic liber.*
Commentaria in Deuteronomium.	*Liber Deuteronomij.*
Commentaria in Ioſue.	*Poſt mortem Moyſi.*
Commentaria in lib. Iudicum	*Hiſtoria Iudicum.*
In lib. Ruth.	*Videamus nunc.*
In I. Regum.	*Poſt librum Iudicum.*
In II. Regum.	*Poſt mortem itaque.*
In III. Regum.	*Succedit deinde.*
In IV. Regum.	*Mittit Rex impius.*
In lib. Eſdræ.	*Iam quod etiam.*
De Antiocho Rege, & Machabæor. martyrio.	*De Machabæis autem.*
lib. I. Allegoriarum quarumdam Veteris Teſtamenti.	*Domino ſancto.*
lib. II. Allegoriarum Noui Teſtamenti.	*Quatuor Euangeliſtæ.*
lib.* I. de Vita, vel Obitu Sanctorũ Veteris Teſtamenti.	*Præfatio quorũdam Sanctorũ.*
lib. II. de Vita, & Morte Sanctorum Noui Teſtamenti.	*Zacharias, & Eliſabeth.*
lib. de Natiuitate Domini, Paſſio-	

*Horum librorum auctorem fuiſſe Iſidorum, in ſequentibus oſtendemus.

Digitized by Google

ne,& Reſurrectione,Regno,atque Iudicio.	*Quædam,quæ diuerſis.*
lib. de Vocatione Gentium.	*Quadam ex parte Domini.*
De Officijs Eccleſiaſticis,lib.I.	*Quæris a me.*
lib.II.	*Quoniam origines.*
Epiſtola ad Ludifredum Epiſcopum Cordubenſem.	*Perlectis Sanctitatis tuæ.*
lib.I.Sententiarum,ſiue de Summo Bono.	*Summum bonum Deus eſt.*
lib. II.	*Omnis,qui ſecundum Deum.*
lib.III.	*Diuinæ ſapientiæ.*
Epiſtola ad Braulionem Archidiac.	*Dum amici litteras.*
Ad eumdem.	*Omni deſiderio.*
Ad eumdem.	*Quia te incolumem.*
Ad eumdem.	*Tuæ Sanctitatis epiſtolæ.*
Ad eumdem.	*En tibi, ſicut pollicitus.*
Ad Elladium,cæteroſq. Epiſcopos.	*Afficimur lacrymis.*
Ad Claudium Ducem.	*Catholicæ ſtrenuitatis tuæ.*
Ad Redemptum Archidiaconum.	*Multis non modò.*
Ad Eugenium Epiſc. Tolet.	*Veſtræ Sanctitatis litteras.*
Regula Monachorum.	*Plura ſunt præcepta.*
lib.* de Conflictu Vitiorum,& Virtutum.	*Apoſtolica vox.*
Commentaria in Canticum Cantic. Salomonis.	*Tangat me dulcedine.*
lib. Differentiarum,ſiue de proprietate ſermonum.	*Plerique veterum.*
lib. De Viris illuſtribus,ſeu de Scriptoribus Eccleſiaſt.	*Quamuis ſuperiùs.*
lib. Gloſſarum.	*Ab ſe, ſpontaneus.*
Commentaria in Regulam S. Benedicti,quorum fragmenta extant.	*Sicut vnuſquiſque.*
lib. de Conuerſis.	*Non inchoantibus præmium.*
Oratio,vel Confeſſio.	*Succurre mihi Domine.*

* Hunc non eſſe Iſidori paulò inferiùs probamus.

Ex ijs porro Iſidori libris, quorum catalogus a Ioanne Trithemio texitur,nonnullos deſiderari, niſi illorum tituli nos decipiant; quæ modò retulimus,manifeſtant. Sunt autem, qui a Trithemio recenſentur, Iſidori libri. Io.Trithem. lib.de Script. Eccleſ.

In Tobiam lib.I.	In Eſaiam lib I.
In Iudith lib.I.	In Hieremiam lib.I.

Digitized by Google

In Eſter lib. I.
In Iob lib. I.
In Pſalterium lib. I.
In Prouerbia Salomonis. lib. I.
In Eccleſiaſten lib. I.
In librum Sapientiæ lib. I.
In Eccleſiaſticum lib. I.
In Ezechielem lib. I.
In Danielem Prophetam lib. I.
In XII. Proph. minores lib. XII
In Machabæorum lib. II.
In Quatuor Euang. *Lib. Gener.*
In Epiſtolas Pauli lib. XIV.
In Actus Apoſtolorum lib. I.
In Epiſtolas Canonicas lib. VII.
In Apocalypſim lib. I.
Interpretationes Noui, & Veteris Teſtamenti. lib. II.

Domino meo, & Dei ſeruo.

De Sancta Trinitate lib. I.
De Officio Miſſæ lib. I.
Sermonum lib. I.
De Aſtronomia lib. I.

Domino, & filio chariſſimo.

De Hæreſibus lib. I.
De Corpore, & Sanguine Domini lib. I.
Eccleſiaſticorum dogmatum lib. I.
De Coſmographia lib. I.
Myſteria ſacræ Scripturæ lib. I.
Epiſtolarum ad diuerſos lib. I.

Alia quoque (inquit Trithemius) *multa ſcripſit, quæ ad notitiam meam non venerunt.* Trithemio concinit (vt alios omittam) & Sigebertus Gemblacenſis: *Scripſit & alia ſæculari litteratura competentia, quæ commemorare nihil ad nos.*

Sigeb. Gemblac. lib. de Vir. ill.

Præter ſuperiora ſunt & alia, quæ tribuuntur noſtro Iſidoro. Etenim in templo S. Leocadiæ Toleti, cum de reſtituenda diſciplina Conuentus anno Chriſti DCXXXIV. haberetur, decretum etiam fuit, vt poſt alios ſcribit Ioannes Mariana: *Miſſale, & Breuiarium vnum eſto in Hiſpania. Eius rei perficiendæ cura, quoniam Iſidoro, qui primas partes in eo Concilio tenuit, creditur eſſe demandata, vſus obtinuit, vt Miſſale, & Breuiarium Mozarabum, hoc eſt, ex antiquo Gothorum more conſeruatum, ſacrorum, precumq. diurnarum, & nocturnarum ritus, Iſidoro tribuantur: tametſi nonnulla Leander inuenit, plura progreſſus temporis addidit.* Quamobrem & Officium hoc Eccleſiaſticum, quo Mozarabes, vel Miſtarabes tunc vtebantur, & omnis Hiſpania vſa eſt vſque ad tempora Alfonſi VI. quo tempare auctoritate Gregorij VII. Papæ mutatum eſt, hodie etiam ſeruatur in Eccleſia Toletana, & in ſex illius Parochijs, atque in quibuſdam alijs Hiſpaniæ Eccleſijs: vocaturq. nunc quoque Mozarabe. Mozarabes autem

Io. Mariana lib. 6. c. 5. de reb. Hiſp.

Io. Vaſæus Chro. Hiſp. ſub. A. C. 717 Aluar. Gom. lib. 2. in fin. de reb. geſt. Fran. Ximc.

Digitized by Google

autem Chriſtiani illi dicebantur, qui inter Arabes viuebant, hoc eſt, miſti Arabibus. Porro Breuiarium hoc, iuxta S. Iſidori Regulam conſcriptum, cum prius nonniſi Gotthicis litteris haberetur, Franciſci Ximenes Archiepiſcopi Toletani iuſſu, Toleti excuſum vidimus A.C. MDII.

Circumfertur præterea (vt idem teſtatur Mariana) *vulgò breuis celebrandi Concilia formula, Iſidori nomine, quam nonnulli exiſtimant ex huius Concilij Actis conſarcinatam adiunctione multarum rerum, quæ ex alijs Concilijs decerptæ ſunt: Iſidori autem nomen adſcriptum conciliandæ auctoritatis cauſa commentum probabile, quod cæteris deferentibus, primas in eo Conuentu partes tenuit.* Is autem ordo celebrandi Concilij præpoſitus eſt editioni quadraginta Hiſpaniæ Conciliorum a Garſia Loayſa, Madriti anno ſalutis MDXCIII. impreſſæ collectioni, cæteris auctior, atque correctior. Io. Mariana vbi ſup.

Amplius hìc notatum etiam volui, librorum de Ortu, & Obitu Patrum, auctorem extitiſſe Iſidorum. Sed hanc in rem Card. Baronius de Iacobo Apoſtolo ediſſerens, ita ait: *De eius acceſſu, & prædicatione in Hiſpanias, hæc liber, qui inſcribitur nomine S. Iſidori de Vita & Morte Sanctor. cap. 73. Hiſpaniæ, atque Occcidentalium locorum populis Euangelium prædicationis infudit, &c. Hæc ibi: licet ille an ſit Iſidori, non immeritò adducitur in controuerſiam, cum complura in eo indigna Iſidoro reperiantur coagmentata mendacia.* Reuera tamen Baronius hæc non dixiſſet, niſi Iſidorus Euangelicam ad Hiſpanos Iacobi profectionem, quam ipſe inficiatur, docuiſſet. Verùm enimuerò quemadmodum Hiſpanicum Iacobi Apoſtolatum (præter illibatè cuſtoditam in omnium Hiſpaniæ præſertim Eccleſiarum a naſcente Chriſtianorum Republica traditionem) fide digniſſimi etiã Scriptores alij (vt ſingulari nos Concertatiòne diſquirimus, probamuſq.) ante S. Iſidorum, conteſtatum reliquerunt: ita Braulio Cæſarauguſtanus, Iſidori amiciſſimus, Ildefonſus Toletanus, eiuſdem diſcipulus, & Sigebertus Gemblacenſis, antiquus ſanè auctor, libros illos, de Ortu, & Obitu Patrum, compoſuiſſe Iſidorum, ſatis aſſeueranter perhibent. Car. Baron. Not. in Martyrol. Rom. ad 25. Iul.

Librum denique illum, De Conflictu vitiorum, & virtutum, qui varijs auctoribus tribuitur, nos ex Iſidori ſcriptorum catalogo reiecimus. Nam inter opera Magni Leonis, Lutetiæ an. Dom̃. 1511. & Venetijs 1553. impreſſus legitur, non autem in nouis editionibus. Apud S. Auguſtinum quoque tomo nono extat. Sed neutrius eſſe benè iudicarunt Louanienſes Theologi: maximè propter aſſutam ei quamdam narrationem de monacho a dæmone vexato, & epilogum

Digitized by Google

gum commemorantem S. Benedictum, hiſce Doctoribus longè poſteriorem. In Operibus S. Ambroſij Romæ anno Chriſti 1585. impreſſis, liber hic ad Simplicianum directus habetur: ſed ad tomi quinti partem poſteriorem cum alijs libris, de quorum auctoritatibus non certò conſtat, relegatus: & quidem ea narratione, & epilogo ſuo decurtatus. Arnoldus VVion eumdem librum Magno Gregorio adſcribendum cenſuit: etenim ita ille: *Scripſiſſe fertur & librum vnum, De Conflictu vitiorum, & virtutum, qui ſub eius nomine MS. reperitur in Bibliotheca noſtra S. Benedicti Mantuani: citaturq. a multis, vt Domno Ioanne Bertels, Abbate Luxemburgenſi, Dialogo VIII. in Regulam S.P. Benedicti, & alijs pro parte eiuſdem Sancti. Poſtremò etiam ſtylus ipſe indicat, alterius non eſſe, quàm S. Gregorij.* Ioannes verò Grialus pro S. Iſidoro his rationibus certat: *Iſidori autem eſſe opuſculum (vt ipſe ſcriptum reliquit) & codices illius nomen præferentes, & ſtylus (haud multum fortaſſe a Synonimis abludens) & Sigeberti teſtimonium optimo viro perſuaſerant. Nos (ne quid diſſimulemus) hoc fuiſſe opus illud credimus, quod Iſidori ipſius ætate Ioannis Chryſoſtomi nomine ferebatur. Sic enim ille de Chryſoſtomo, in libro de Viris illuſtribus: Ad perſonam quoque cuiuſdam nobiliſſimæ matronæ Gregoriæ, reperitur opus eius inſigne, de Conuerſatione vitæ, & inſtitutione morum: ſiue de Compugnantia virtutum, & vitiorum. Ergo ſcripturarum varietates tam multas, interpretibus potius, quàm librarijs adſcribemus.*

Arn. VVion Lig. Vit. lib. 5. c. 12. Emblem 6.

Ioan. Grial præf. ad Oper. Iſidori.

Cæterùm nos varias haſce, ac inter ſe pugnantes Scriptorum opiniones veritati vnius nitori reſtituendas vtcumque voluimus. Ac in primis Griali, & VVionis pace dixerim: librum, de quo diſſerimus, ſicut neque Ambroſij, Auguſtini, ſeu Leonis eſſe, ita neque Gregorij, aut Iſidori. Quòd verò ex illius ſtylo argumentum ſumitur, inualidum planè eſt, ac prorſus inane: cum is non ſolùm Iſidori Synonimorum libris, vt dicebat Grialus; ſed, vt VVion volebat, Gregorij etiam ſcriptis conſimilis ſit. Et eo maximè, quod ratiocinatio omnis a Scriptorum dictione, ſeu ſtylo, qui pro rei, temporiſue inconſtanti ſenſuum facultate ſolet eſſe diuerſus, deſumpta, vt plurimùm allucinari credatur. Arguitur ſecundò a MSS. codicum titulis: quòd ſi hoc argumentum profectò valeret, vnus & idem liber non vni auctori aliquoties concedi deberet, quando diuerſis inſcriptus reperiatur Doctoribus in manu exaratis voluminibus varijs. Quamobrem & Sigebertum, virum alioqui doctiſſimum, poſt quingenteſimum ab Iſidori ætate, & in Germania ſcribentem, fuiſſe deceptum, abſque iniuria dici poteſt. Quid? quòd Grialus ipſe nec cō-

ſtans

Digitized by Google

ſtans eſſe videtur in ſua opinione: quandoquidem & hoc de Virtutibus & Vitijs opuſculũ, quod Iſidoro primùm tribuerat, illud idem eſſe poſtea affirmarit, quod de Conuerſatione vitæ & inſtitutione morum Chryſoſtomus ſcripſit. Quam vt aſſequatur ſententiam, illum omnino negat epilogum, qui ſupponitur iam dicto libro de Virtutibus & Vitijs. Verùm cum iſthæc ambo opuſcula toto cælo inter ſe differant, non eſt cur Grialus iſtius rei culpam, & gratis quidem, interpretibus inferat: neque certè eſt, cur Breulius aſſutam epiſtolam vocet eiuſdem libri epilogum, cum peroratio illa libro ipſi vtpote germana, longè ab epiſtolæ ſcopo aberret. Et quia ſolidiora pro veritate argumenta, quibus res omnis abſoluatur, ex ipſius libri epilogo colligere poſſumus: ea de cauſa nos illum ex perantiquis exemplaribus petitum, in hunc locum referre operæpretium duximus: ita enim ſe habet.

Tu autem homo Dei, vigilanti ſtudio attende, quæ dico: & mihi adhuc magis ſtupenda narranti fidem prabeto. Cuiuſdam relatione nuper cognoui, quod dico: Vir quidam religioſus atque in monaſtico habitu conſtitutus, noſtro nunc tempore antiqui hoſtis eſt inaudita tentatione pulſatus: ita vt idem malignus ſpiritus veſtimentorum eius particulas extra illum etiam incompoſitas immunda colluuione crebriùs fœdaret. Quæ in tantum erat horrenda, fœtida, & noxia, vt pars veſtium, quam tetigiſſet, nulli deinceps eſſet vſui apta, quamquam fuiſſet abluta. De quo cum interrogatus fuiſſem, cur omnipotens Deus talem verſuto ſerpenti poteſtatem in eum dederit; reſpondi, vt cordis eius immunditiam foris oſtenderet: quod numquam in exteriori habitu feciſſet, niſi interiorem omnino corrupiſſet, aut infidelitate & blaſphemia, aut certè inani & vana gloria. Sanies quippe intus in corde, foras per veſtimenta fluit. Quem quia longè poſitus, ego quidem non vidi, ſed tamen, vt arbitror, hæc in illo verè prauidi. Quod ſi non eſt ita, numquid tamen factum putatur ſine cauſa? Eſt præterea geſtum, vt in eo munditiam cordis fœditas illa ſeruaret, ne hanc callidus hoſtis inanis gloriæ macula fœdaret, ſicuti Paulus, ne de magnitudine reuelationum tumeret, ſtimulum carnis accepit. Sit itaque horum quodlibet, aut certè ſi non fuerit, numquid tamen extremum ſi poſiturus ſum, verum non erit? Verum eſt omnino, verum eſt, quod dico, non eſſe colluuionem illam extrinſecus animæ noxiam, ſi ipſa ſeruare ſtuduerit intus cordis munditiam.

Epilogus libri, De conflictu Vitiorum, atque Virtutum.

2. Cor. 12.

Interea, ſicut tu ipſe indicare curaſti, audio quoſdam apud vos dicere, non poſſe aliquem in patria ſua natiuitatis perfectum eſſe, illud in argumentum aſſumentes, quod Dominus dixit: Nemo Propheta acceptus

Ad monachũ quẽ p'ã directũ fuiſſe lib. hunc, facile conijci põt.

Luc. 4.

ptus eſt in patria ſua. Quos primùm oportet, ratione veritatis refelli, & ſic deinde qualiter intelligenda ſit prolata ſententia demonſtrari. Audiant igitur patienter, qui hæc dicunt, quia dum ſenſum ſacræ Scripturæ prudenter non conſiderant, penè omnes Sanctos contemnunt. Si enim ita eſt, vt aſſerunt: ergo quotquot ex Romanis conuerſi apud Romanos degunt, quotquot ex Græcis apud Græcos, quotquot ex Italis apud Italos, quotquot ex Gallis apud Gallos, quotquot ex Hiberis apud Hiberos, quotquot ex Germanis apud Germanos, quotquot ex Aquitanicis apud Aquitanicos, quotquot ex Britannicis apud Britannicos, quotquot ex Anglicis apud Anglicos, religiosè viuunt, imperfecti erunt. Ecce Paulus & Antonius ex Thebæis apud Thebæos perfecti ſunt: ecce Hilarion ex Paleſtinis apud Paleſtinos perfectus eſt: ecce Macharius ex Aegyptijs apud Aegyptios perfectus eſt: ecce Oxirinchus ciuitas ex proprijs ciuibus tota perfecta eſt: ecce (vt ad vicinos noſtros veniamus) Protaſius & Geruaſius in propria hac Mediolanenſi ciuitate, propriaq. domo manentes, ac per decem annos monachorum vitam exercentes, ita perfecti fuerunt, vt martyres fierent. An fortè noſtra ſola prouincia extra hanc regulam erit excepta: vt non de proprijs, ſed tantùm de exteris habeat monachos? Satagendum igitur magis eſt, vt vbi quis fuerit, iuxta perfectorum regulam viuat, non parentum, non propinquorum, non affinium illecebris a via perfectionis declinet. Sic certè, iuxta Saluatoris ſententiam, patri, matriq. fratribus, ſororibus, vxoribus, filijs, domibus, agris, & cunctis, quæ poſſidet, renunciare valebit. Hoc autem dico, non quò ſucceſſores, qui de regno ad regnum, de publico ad eremum tranſeunt, ſumma laude non ducam: ſed quò illos etiam, qui magis affectibus patriam fugiunt, quam greſſibus, felices, atque perfectos oſtendam. Obſecro itaque illos, qui hoc apud vos fieri poſſe denegant, vt vigilanti ſtudio conſiderent, cur non dixerit Dominus: Nemo propheta perfectus eſt in patria ſua. Sed ibi quid aliud intelligendum eſt: niſi quia acceptum dixit, nequaquam receptum? Quodque de Prophetis antiquis, & ſeipſo intelligi voluit, qui apud incredulos Iudæos non fuerunt accepti, ſed magis ſpreti, Stephano ad eos dicente: Quem Prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri, qui prænunciabant de aduentu Iuſti, cuius vos nunc homicidæ, & proditores fuiſtis? Quis autem non videat, quantæ temeritatis, quantæq. ſit præſumptionis aliquem ſibi prophetæ nomen aſſumere? Tu igitur cum charitatis affectione tales redargue, & iuxta Regulam Patrum uiuere ſemper ſtude, maximè autem Sancti Confeſſoris Benedicti. Non declines ab ea quoque, nec illi addas quippiam, nec minuas. Totum enim quod ſufficit, habet: & nuſquam minus habet. Cuius uerba, at-

que

Auctor huius lib. Mediolani ſe ſcribere oſtendit.

Luc. 14.

Act. 7.

Commendatur Regula S. P. Bened.

Digitized by Google

que imperia, ſectatores ſuos perducant ad cæli palatia.

Ecce, frater chariſſime, inter cæteras meas occupationes hunc tibi ſermonem nocturnis horis licet inculta venuſtate dictaui, atque conſcripſi: quem quia epiſtolarem modum tranſire cognoui, libellum potius (De Conflictu Vitiorum atque Virtutum) nuncupare malui: in quo ſi ædificationis aliquid repereris, hunc legendum & alijs tradere debes.

Auctor huius Epilogi & libellū ipſum illi annexum, ſe ſcripſiſſe teſtatur.

Superiora hæc, quæ iam retulimus, non modò habentur in editis Auguſtini, vel Leonis nomine exemplaribus omnibus, verùm etiam MSS. alijs perantiquis, vt pote Bibliothecarum Caſinenſis,& S. Benedicti Mantuæ. Sed & hunc Epilogi contextum ad librum ipſum neceſſariam connexionem habere, cuilibet ex induſtria rem perſcrutanti, patere poterit. Vnde ea exemplaria, quæ Iſidori nomine impreſſa leguntur, mutilata prorſus iudicari debent. Primùm, quia libri concluſio adeo frigida eſt, vt lectoris animus ex ea dictione ſuſpenſus remaneat,& quidpiam aliud in ea deſiderare videatur: ita enim habet: *Tu autem, homo Dei vigilanti ſtudio attende, quæ dico: ipſo addiuuante, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.* indignus eſſet prorſus Iſidoro (quod minimè credam) in librum ſuum tam imperfectus perorationis terminus. Secundò,quia vltima eius libri ſententia, quæ aliàs diminuta eſt, vt integra ſit, cum ea, quæ in noſtris exemplaribus extat, neceſſariò connecti debet. Cuiuſdam enim monachi exemplum, quod ibi narratur, illuſionū nonniſi praxis eſt aduerſum nos malignorum ſpirituū, quorum fraudulentæ tentationes ante ipſum eiuſdem Epilogi principiū immediatè iam deſcriptæ fuerant. Tertiò, quia opuſculum ipſum a monacho (dicam & Benedictino) ad eiuſdem profeſsionis virum ſcriptum eſſe dignoſcitur: vt clarum fit ex eius præſertim capitibus, XI. XII.& XIII. in quibus agitur de vigilijs, pſalmodia, manuum labore, loci ſtabilitate, & ſimilibus monacho Benedictino familiaribus exercitamentis. Sed hæc in cuius gratiam pertractentur cap. XV. inſinuatur, dum dicitur: *Si igitur ſæcularibus viris ita eſt periculoſa cupiditatis induſtria, quantò magis periculoſior illis eſt, qui habitu, & conuerſatione iam ſæculares eſſe deſierunt; qui totum quod viuunt Domino eſſe deuouerunt?* Quæ omnia, cum optimam habeant, immo neceſſariam ferè connexionem cum ijs rebus, quæ in fine noſtrorum exemplarium diſcutiuntur, veriſsima quidem non aſſuta, vel conficta debet iudicari eorum Epilogi enarratio. Poſtremo, illud in eodem Epilogo ſatis ſuperq. exiſtimandum eſt, quod eius auctor vniuerſum quoque librum exaraſſe fatetur: ait enim: *Ecce, frater chariſſi-*

riſſime, inter cæteras meas occupationes hunc tibi ſermonem nocturnis horis licet inculta venuſtate dictaui atque conſcripſi: quem quia epiſtolarem modum tranſire cognoui, libellum potius (De Conflictu vitiorum atque virtutum) nuncupare malui. Quare Ioannes Grialus gratis certè aſſeuerabat: *De Epilogo verò non eſt quod laboremus: nam conſtat eſſe alienum. Neque ex additamento coniecturam de auctore facere Louanienſes Theologi debuerunt.* Sed dicant mihi Griali defenſores, cum ille in recenſendis, aut corrigendis Iſidori ſcriptis multos affirmet tam ſibi, quàm doctis viris alijs vſui fuiſſe codices vetuſtiſsimos, eoſdemq. vel Gotthorum, vel Langobardorum, vel Romanorum manu exaratos, cur ad librum iſtum, De Conflictu vitiorum & virtutum, deueniens, tantùm aſſeruerit: *Neque item conſtare potuit, quot veteres codices acceperit.* Viris tamen prudentibus hoc dijudicandum relinquo.

Ioan. Grial præfat. ad Oper. Iſid.

Grial. vbi ſupra.

Validiſsimis itaque rationibus huius libri integritate comprobata, iam non Iſidorus, vel Gregorius eiuſdem auctores cenſeri debebunt. Ijs namque etſi monaſtica Benedictinorum profeſsio, quæ de ipſo libri auctore aſſeritur, ritè conueniat, alia tamen in eodem libro contenta palam contradicunt. Cum enim obiectioni illi, qua dicitur: *Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua*; ibi reſponderetur; ſtatim ſubiunxit: *Si enim ita eſt, vt aſſerunt: ergo quotquot ex Romanis conuerſi apud Romanos degunt, quotquot ex Græcis apud Græcos, quotquot ex Italis apud Italos, quotquot ex Gallis apud Gallos, quotquot ex Hiberis apud Hiberos religioſè viuunt, imperfecti erunt.* & paucisſimis interiectis: *Ecce, vt ad vicinos noſtros veniamus, Protaſius & Geruaſius In Propria Hac Mediolanenſi Ciuitate, propriaq. Domo manentes, ac per decem annos Monachorum Vitam exercentes ita perfecti fuerunt vt martyres fierent. An fortè Noſtra Sola Prouincia extra hanc Regulam erit excepta: vt non de proprijs, ſed tantùm de exteris habeat Monachos?* Iſtius ergo libri compilator Italo-benedictinus cum fuerit, etſi humilitatis cauſa proprium nomen prætermiſerit, doctrinam tamen animarum ſaluti proficuam occultandam neutiquam voluit.

Auctor huius lib. non eſt Hiſp. neque Rom.

Coronidis loco hìc tandem nobis liceat commendare ſummam ſummi huius viri ſcientiam, ex eo etiam, quòd vtiliſſimam nauauerit operam Eccleſiæ Catholicæ: vt cum ex alijs multis, tum verò ex Decretis conſtat, quorum non minima pars ex illius lucubrationibus decerpta eſt. Quare hoc in loco animaduertendum illud eſt, quòd Panormiuon quidam Epiſcopus (vt eſt apud Maurum Caſtellam) ſcriptor vetuſtiſſimus, in libro illo ſuo de Multimoda Scripturarum

Maur. Caſtell. hiſt. S. Ia. ob. Apo. l. b. 1. c. 16.

Digitized by Google

rarum diſtinctione, dum eorum librorum, qui ſuo tempore ab Eccleſia Catholica recepti erant, mentionem facit, vniuerſa quoque S. Iſidori ſcriptorum monimenta connumerat. Extat huius auctoris opus in Eccleſia Bracharenſi litteris Gotthicis manu exaratum. Vnde Iſidorus & a doctis quibuſque, atque ſanctis Scriptoribus inter poligraphos meritò numeratur. *Nam* (vt idem affirmat) *non electione proprij arbitrij ſancti Patres, ſed potius ex ſententia diuini iudicij ſanxerunt*. Id quod Petrus Apoſtolorum Princeps multò antea animaduerterat: *Spiritu ſancto locuti ſunt ſancti homines*. Hinc ſacri Canones irrefragabilis cenſentur auctoritatis: quod in primis patet ex origine, quam habent, diuina. Emanatio enim quædam eſt Legis æternæ, cum a Deo per ora Sanctorum Patrum inſpirata credatur. Qua de re optimè S. Damaſus Papa: *Violatores Canonum voluntariè, grauiter a ſanctis Patribus iudicantur: & a ſancto Spiritu, inſtinctu cuius, ac dono dicati ſunt, damnantur: quoniam blaſphemare Spiritum ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem ſacros Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter (vt præmiſſum eſt) aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè vnum genus eſt blaſphemantium Spiritum ſanctum: quia (vt iam prælibatum eſt) contra eum agit, cuius nutu, & gratia ſancti Canones editi ſunt.*

Iſid. epiſt. ad Maſon. Epiſ. & 23. q. 2.

2. Pet. 1.

25. q. 1. cap. Violatores.

Index Sententiarum, quæ ex Iſidori libris in Canonem a Gratiano tranſcriptæ ſunt.

Diſtinct.	*Canon.*	*Ex Iſidoro.*
1	Omnes Leges.	*Etymolog. lib. 5. c. 2.*
	Ius generale.	3.
	Lex eſt conſtitutio ſcripta.	
	Mos eſt longa.	
	Conſuetudo autem.	
	Ius autem naturale.	4.
	Ius naturale.	
	Ius ciuile.	5.
	Ius Gentium.	6.
	Ius militare.	7.
	Ius publicum.	8.
	Ius Quiritum.	9.
2	Lex eſt conſtitutio.	10.
	Plebiſcita * ſunt.	11.
	Senatus conſultum.	12.

Diſtin. 1. & 2. tota eſt ex Iſidori Etymol.

* legitur ſcita, non plebiſcita.

	Conſtitutio, vel edictum.	13.
	Reſponſa * prudentum.	14.
	Quædam etiam Leges.	15.
	Satyra verò Lex.	16.
	Rhodiæ Leges.	17.
3.	Canon, Græcè.	*lib. 6. cap. 15.*
	Regula dicta eſt.	*ibidem.*
	Priuilegia ſunt Leges.	*lib. 5. cap. 18.*
	Omnis autem Lex.	19.
4.	Factæ ſunt autem Leges.	20.
	Erit autem Lex.	21.
6.	Non eſt peccatum.	*lib. 3. Sentent. c. 6.*
7.	Moſes Gentis Hebrææ.	*lib. 5. Etymol. c. 1.*
	Fuerunt autem hi.	*ibidem.*
9.	Iuſtum eſt Principem.	*lib. 3. Sent. c. 52.*
11.	Vſus auctoritati.	*Synon. lib. 2. c. 16.*
15.	Canones generalium Conciliorũ.	*Etymol. lib. 6. c. 15.*
16.	Canones * qui dicuntur.	
	Epiſtola Iſidori in cap. Canonum, c. Placuit.	
21.	Cleros, & clericos hinc appellamus.	*Offic. Eccleſ. lib. 2. c. 1.*
23.	His igitur Lege Patrum.	*ibidem, c. 2.*
25.	Perlectis Sãctitatis tuæ litteris.	*Ex Iſidori epiſt. ad Ludifredum.*
29.	Sciendum eſt, quòd pleraque capitula.	
34.	Chriſtiano non dicam plurimas. *	*De Diff. vet. & no. Teſt.*
37.	Ideo prohibetur Chriſtianis.	*Sentent. lib. 3. c. 13. ſent. 2.*
40.	Sicut viri, & mulieris.	
50.	Domino ſancto.	*Ad Maſonem Epiſc.*
63.	Si in Plebibus Archipresbyter.	
76.	Poſt Paſcha autem.	*Offic. lib. 1. c. 42.*
81.	Valet interdum.	*Sent. lib. 2. c. 10. ſent. 7.*
Cauſ. 1. q. 1.	Si quis ignorantiam.	
11. q. 3.	Cum excommunicato nec orare.	*Cap. 18. Reg. Monach.*
ibidem.	Pauper dum non habet.	*Sent. lib. 3. c. 58. ſent. 4. & 5.*
ibidem.	Qui peccantibus conſentit. *	

* Iſidori textus non habet, prudentum.

* Hic Canon creditur eſſe alterius Iſid. Nã Hiſpalẽſis de Canonibus Apoſt. præclarè ſẽſit. Vide notationẽ huic Canoni ap. Grat. additã iuſſu Greg. XIII. PP.

* 2. lib. Sẽt. c. 22. argumẽtũ eſt de differẽt. Teſtamentorũ, nõ inde tamen deſumpt⁹ videri poteſt hic canon: vt neque ex Differ. lib. 2. Diff. 28. de Voc. Gẽt. li. 2. c. 13.

* Non ſolũ factor, ſed et

ibi-

ibidem.	Si is,qui præeſt,fecerit.	
20.q.1.	Quicumque a parentibus proprijs.	
22.q.1.	Non eſt cõtra Dei præceptũ.	*Sent.lib.2.c.31.ſent.2.*
22.q.2.	Omne genus mendacij.	*Synon.lib.2.c.10.*
22.q.4.	In malis promiſſis.	*ibidem.*
22.q.4.	Non eſt obſeruandum.	*Sent.lib.2.c.31.ſent.10.*
22.q.4.	Si quis præuentus fuerit.	
22.q.5.	Quacumque arte verborũ.	*Sent.lib.2.c.31.ſent.8.*
23.q.2.	Iuſtum eſt bellum.	*Etym.lib.18.c.1.*
23.q.5.	Principes ſæculi.*	*Sent.lib 3.toto c.53.*
24.q.3.	Quidam autem hæretici.	*Etym.lib.8.c.5.*
27.q.2.	Coniuges verius appellantur.	*Etym.lib.9.c.7.*
27.q.2.	Raptus eſt illicitus.	*Etym.lib.5.c.26.*
30.q.5.	Fœminæ dum maritantur.	*Offic.lib.2.c.15.*
32.q.4.	Liberi dicti ſunt.	*Etym.lib.9.c.5.*
32.q.5.	Non poteſt corpus corrũpi.	*Synon.lib.2.c.1.*
32.q.5.	Non mœchaberis.	*Sup.Exod.c.29.*
32.q.7.	Non ſolùm de commiſſa fornicatione.	*Sent.lib.2.c.39.ſent.17. & deinceps.*
33.q.2.	Hoc ipſum quod Canonũ.	*Ad Maſonem Epiſcopum.*
33.q.2.	Quos Deus coniunxit.	
*De pœnit.diſt.*3.	Irriſor eſt non pœnitens.	*Sent.lib.2.c.16.*
35.q.3.	Sanè conſanguinitas.	*Iſid.ex Concilio Maticen.*
35.q.4.	Conſanguinitas dum ſæpe.	*Etym.lib.9.c.6.*
35.q.5.	Series conſanguinitatis.	
35.q.5.	Primo gradu.	
36.q.5.	Raptus quoque.	*Etym.lib.5.c.26.*
*De Conſecr.diſt.*2.	Qui ſceleratè viuũt.	*Sent.lib.1.c.24.ſent.7.*
*Diſt.*4.	Conſtat Baptiſma.	*Offic.lib.2.c.24.*
ibidem.	Romanus Pontifex.	
ibidem.	Paruuli alio profitente.	*Offic.lib.2.c.24.*
ibidem.	Qui in maternis.	*Sent.lib.1.c.24.ſent.5.*

cõſcius pec cati obnox. tenetur.Iſid. de Norma viuendi c.11

*Concil.Pariſ lib.1.c.2. Aqu.ſg.par. 3. c.2 citat hunc Iſidori Canonem.

S.Iſi-

S. Iſidori Hiſpalenſis verus annus mortis ſtabilitus. Ex Part. V. Sacrar. Concertat. Conſtantini Caietani, Abbatis Caſinen. S. Baronti.

MIrum profectò eſt, quàm diſcrepent inter ſe non tantùm Hiſpani, ſed etiam alij Scriptores de anno mortis S. Iſidori. Certiſſimè ego aſſero mortuum anno Chriſti DCXXXVI. qui ritè incidit in Aeram (vt Hiſpani numerant) DCLXXIV. Ita Redemptus Iſidori diſcipulus, qui præſens adfuit, teſtatur diem obitus accidiſſe Prid. Non. April. Aera DCLXXIV. Ex eodem prætерea Redempto certum Iſidori obitus annum fuiſſe ipſum Chriſti 636. facili negotio probatur. Etenim ille Iſidorum inducit quatriduo ante mortem populum ſic alloquentem: *Ita vt ſacri fontis vnda, quam hodie deuotus eſt populus percepturus, ſit vobis in remiſſionem peccatorum: & hoc oſculum inter me, & vos maneat in teſtimonium futurorum. Completis his omnibus, ad cellulam reductus eſt: & poſt diem confeſſionis, vel pœnitentiæ quartum, paſtoralem iugiter curam, & finem ſuum conſummauit in pace. Amen. Sub die Pridie Kalend. April. Luna xix. Aera DCLXXIV.* Cum verò compertum ſit ex omnibus Martyrologijs, atque rerum Sacrarum Scriptoribus (quicquid ex recentioribus non nemo affirmet) Iſidorum mortuum Pridie Nonas Aprilis, ſi Paſchales Cyclos conſulas, iſto anno 636. ſanè reperies, Paſcha fuiſſe Pridie Kalendas Aprilis: & ita Baptiſmum catèchumenorum ſollemnem quatriduo præceſſiſſe Iſidori mortem.

Ad hæc, ſi (vt ait Braulio Cæſarauguſtanus) ſub Chintilano Iſidorus deceſſit, id illius regni anno primo eueniſſe neceſſe eſt: qui annus, vt dictum eſt, fuit Chriſtianæ ſalutis 636. Vnde rectiſſimè Ildefonſus Iſidorum vſque ad Siſenandum regem floruiſſe ſcribit, nulla omnino Chintilani facta mentione: cuius videlicet initio Iſidorus vita functus eſt. Et quoniam plerique Scriptorum (vt dicebam) aliam de Iſidori obitus anno rationem ſequuntur, proponam ego inſolubile alterum argumentum, quo lis omnis penitus dirimatur. Supremum Iſidoro diem quartum Aprilis fuiſſe, certi iuris eſt, & in eo omnes conueniunt. Item Sexto Toletano Concilio, ineunte Ianuario anni Chriſtiani 637. Chintilani verò regni ſecundo, celebrato, Honoratum Iſidori ſucceſſorem interfuiſſe legimus. His ita conſtitutis, iam non potuit conſecuto menſe Aprili deceſſiſſe Iſidorus: deceſſit ergo proximè elapſo anno, qui fuit Chriſti 636.

Ildef. lib. de Vir. ill. c. 9.

Extat to. 2. Concil. edit. Colon. 1551

Hinc neceſſariò librariorum culpæ aſſignandum eſt, quod ex Ildefon-

Digitized by Google

deſonſo referet Lucas Tudenſis, deceſſiſſe Iſidorum anno ſexto Regis Chintilani, Aera nimirum 680. & anno Chriſti 642. non ſibi conſtaret Ildefonſus, quem alibi aliter ſcripſiſſe vidimus. Quòd ſi poſt Iſidorum Theodiſclus Græcus Hiſpalenſem gubernauit Eccleſiam, non plus aliquot menſes eam tenuiſſe potuit, quandoquidem Honoratus Hiſpalenſis Epiſcopus anno Chriſti 637. ſexto Toletano Concilio ſubſcripſit, vt dictum eſt.

Luc. Tudenſ. Chron. lib. 3. in princ. ſcripſit ann. 1136.

S. Iſidorus, Hiſpalenſis Epiſcopus ſua in Eccleſia deceßiſſe comprobatur.

Ex Part. V. Sacrar. Concertat. Conſtantini Caietani, Abb. Caſinen. S. Baronti.

QVi de rebus tractant Bononienſibus, aſſeueranter dicunt, ſanctiſſimum Hiſpalenſem Iſidorum, Roma ſuos ad Hiſpanos redeuntem, Bononiæ mortem oppetiiſſe XIV. die menſis Aprilis ad annos Domini (iuxta diuerſam eorumdem ſupputationem) 615. 616. 640. vel 670. atque illius corpus in Oratorio SS. Petri, & Pauli, Eccleſiæ S. Stephani, Monachorum tunc Nigrorum, nunc Cæleſtinorum, honorifica in arca ſepultum. Henrico præterea Bononiæ Epiſcopo, circa annum Chriſti 1141. XVI. Septembris die, quo eius feſtiuitas Bononiæ celebratur, inuentum, recognitum, veneratum. Sed quo, putas, innituntur iſti principe teſte? Auctore (ait Donatus Puniellus) anonymo Benedictino, qui ipſius Eccleſiæ, & Cœnobij Chronicon, quod manuſcriptum eo loco ſeruatur, ad annum ſalutis MCLXXX. quo vixiſſe ſe oſtendit, terminauit. Quæ ſanè nullo præuio examine in ſcriptis redacta, cæteris occaſionem errandi præbuere ſequacibus, Leandro Alberto, Cherubino Ghirardacio, Carolo Sigonio, Arnoldo VVioni, & alijs. Verba ſunt (vt ex ijs vnum, vel alterum proferam) Sigonij ſub anno Chriſti 616. *Hoc tempore S. Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis, per Aemiliam iter faciens, Bononiæ mortuus fertur. Certè hodie quoque ſepulchrum eius in Baſilica, SS. Petri, & Pauli, poſt altare maius oſtenditur, quæ Capella SS. Petri, & Pauli vulgò dicitur.* Arnoldi autem Vuionis: *Obijt anno DCXLII. vel circiter prid. non. Apr. cuius corpus requieſcit Bononiæ in Eccleſia RR. PP. Caleſtinorum.*

Donat. Pun. Chron. Eccl. S. Steph. Bonon.

Carol. Sigo. lib. 1 de Epiſc. Bonon.

Arn. VVion Lig. vit. lib. 2. c. 24.

Quoniam verò iſtorum opinio in primis falſa conuinci poteſt ex eo, quod ex ſola rei veritate elicitur: hac de cauſa omiſsis alijs, ſex oculatis, fideq. dignis teſtibus, qui ætates illas libris ſuis condecorarunt, probemus nos Iſidorum, Hiſpalenſem Epiſcopum, ſua in

Ec-

Eccleſia defunctum, eiusq. corpus Legionem deinde tranſlatum, in hodiernum vſque diem maxima cum veneratione coli. Et quidem glorioſum illius apud Hiſpalenſes ad cælos tranſitum, Redemptus ipſiuſmet Iſidori diſcipulus deſcribens, ita inquit: *Dum finem ſuum, neſcio qua ſorte, iam proſpiceret, & fatigatum corpus ægritudine aſſidua ſubtiliter animæ natura præuideret: tanta eleemoſyna quotidianis diebus per ſex penè menſes, ſeu amplius, plus quàm erat ſolitus, pauperibus ab eo eſt erogata: vt ab oriente ſole vſque in veſperum, multis illis in accipiendam maneret ſubſtantiam. Poſt hæc vulnere percuſſus: ita vt dum febris in corpore conualeſceret, & cibum reijceret debilitatus ſtomachus, ad pœnitentiam conualeret: atque ſuos Coepiſcopos, Ioannem ſcilicet & Aparcium, beatiſſimos mox adeſſe faceret præſentes. Et dum a cellula ſua ad baſilicam S. Vincentij martyris adduceretur, cuncta agmina pauperum, clericorum, religioſorum omnium, cunctarumq. huius ciuitatis plebium cum vocibus, & magno ululatu eum ſuſceperũt: ut ſi ferreũ poſſideret quiſpiam pectus, ſolueretur mox in lacrymas & lamentum totus. Et, dum in prædicti Martyris baſilica iuxta altaris cancellum in medio poneretur choro, mulierum turbas longius ſtare præcepit, ut in accipiendo ipſe pœnitentiam, uirorum tantùm, non illarum circa eum cerneretur præſentia. Et, dum a prædictis Sacerdotibus, ab uno cilicium, ab altero ſuper ſe mitti expoſceret cinerem: expandens manus ad cælum, ita exorſus eſt dicens: Tu Deus, qui noſti corda hominum, &c. Tu ſcis, quia poſtquam infelix ad onus iſtud, potius quàm ad honorem, in hanc ſanctam Eccleſiam indignè perueni, peccare numquam finiui*. Et poſtquam Redemptus Iſidori in clerum & populum charitatem, in pauperes clementiam, atque alia ipſius pietatis opera in Eccleſia Hiſpalenſi peracta enarraſſet, hoc pacto concludit: *Completis his omnibus, ad cellulam reductus eſt: & poſt diem confeſſionis, vel pœnitentiæ quartum, paſtoralem iugiter curam & finem ſuum conſummauit in pace. Pridie Nonas April. Luna xix. Aera DCLXXIV*. Hactenus Redemptus, Iſidori diſcipulus: ex cuius atteſtatione Iſidorum nequaquam Bononiæ, verùm Hiſpali ſua in eccleſia, ſuo in monaſterio, ſua in cellula, extremum Deo ſpiritum reddidiſſe compertum fit. Neque XIV. Aprilis, ſed prid. Non. vel IV. eiuſdem menſis die: quod omnes omnium aliarum Eccleſiarum Tabulæ, ac rerum ſacrarum Scriptores teſtatum voluere. Sed quid de aſſignato ab hiſtoricis Bononienſibus obitui anno dicam? nihil profectò: huiuſmodi enim opiniones nimium a veritate diſcrepare, cum nos alibi diſſeruerimus; iam nunc ad cæteras probationes gradum faciamus. Iſidorum præterea Hiſpali mortẽ oppetijſſe, ſacra aſtruunt

Redempt. obit. S. Iſid. habetur in ſuperiorib.

Eccleſiæ

Digitized by Google

Eccleſiæ Dyptica: *Hiſpali in Hiſpania* (verba ſunt Martyrologij Romani) *S. Iſidori Epiſcopi ſanctitate & doctrina conſpicui*. Clariùs id exprimens Franciſcus Maurolycus: *Apud Hiſpalim*, ait, *tranſitus Iſidori Epiſcopi*. Quòd ſi Bononiæ obijſſet Iſidorus, non Hiſpali, ſed Bononiæ illius mortem attribuiſſet Martyrologium: in eo enim ſicut Martyribus locus ſolet aſſignari martyrij; ita Confeſſoribus dormitionis. Multa ex eodem Martyrologio hanc in rem ſuppetunt exempla: pauca iſta ſufficiant: *Lucæ in Thuſcia depoſitio S. Richardi Regis Anglorum; Lugduni S. Deſiderij Epiſcopi Vienneſis; in Caſtro Siluanectenſi depoſitio S. Reguli Arelatenſis Epiſcopi; apud Tiphernum in Vmbria S. Creſcentiani militis Romani; apud Forum Syllæ natalis S. Caſſiani* (Epiſcopi Brixinenſis) *& martyris; Rhemis S. Alberti Epiſcopi Leodienſis*. Ex Romani ergo Martyrologij auctoritate, quæ Pontificiæ, atque adeo Canonicæ proxima eſt, Iſidorum Hiſpali mortuum fuiſſe certiſſimum eſt.

Martyrol. Rom. pri. Non. Apr. Franc. Maurol. Martyrol. vbi ſup. 7. id. Febr. 3. id. Febr. 3. Kal. April. Kal. Iun. Id. Aug. 11. Kal. Decemb.

Hiſce ſuffragatur S. Iſidori Vitæ Hiſtoria, quæ auctoritate Apoſtolica approbata, in die ipſius feſto, apud Hiſpanos præcipuè, legitur: *Reuerſus autem in Hiſpaniam, cum ſuam mortem & Hiſpaniæ vaſtationem a Saracenis, publicè prædixiſſet, migrauit e vita prid. Non. April. ann. Dom. 635. Siſenando in Hiſpania regnante, ſepultuſq. fuit Hiſpali.*

Cardinalis inſuper Baronius in rebus eccleſiaſticis quantum induſtriæ & laboris inſumpſerit, duodecim ab eo editi Annalium tomi demonſtrant: Petrum etiam Galeſinium in ſacris Hiſtorijs ætate ſua nemini inferiorem fuiſſe, eius ſcripta teſtantur: nihilominus de noſtri Iſidori obitu vterque cum egerit, tantum abeſt, vt Bononiæ mortuum dixerint, immo veriùs falſam hanc ſit auerſatus opinionem. Quare Baronius in recenſito a ſe Romano Martyrologio, vt & in Annalibus: ſicut & Galeſinius in ſuo Martyrologio, Hiſpali deceſſiſſe conteſtatum reliquere.

Card. Baro. Annal. to. 8. ad A.C. 636. Petr. Galeſ. ſub prid. Non. Apr.

Amplius, omnes rerum Hiſpanicarum Scriptores Iſidorum Hiſpali vita functum, nullo dubitante, confirmant. Sufficiat ex ijs vnius, vel alterius atteſtationem hunc in locum referre. Lucas Diaconus Tudenſis: *Doctor & Legiſlator Hiſpaniarum Iſidorus, ſtans in Eccleſia, peracto ſermone ad populum, & expandens manum ad cælum, ac benedicens omnibus, Deo ſibi hactenus traditum gregem commendans, feliciſſimo ſomno obdormiuit in Domino, ſenio ſanctiſſimo decoratus*. Ioannes Vaſæus: *S. Iſidorus Hiſpalenſis Eccleſiæ Metropolitanus Epiſcopus & Hiſpaniæ Primas, celebrato Sacro, ouibus ſuis cæleſti pabulo paſtis, cum mortem ſuam prædixiſſet, & ſublatis*

Luc. Tudeſ. Chro. Mũd. lib. 3. in pri. Io. Vaſæus Chron. Hiſp. ſub ann. 637

latis in cælum manibus, data benedictione, ſupremum vale populo dixiſſet, ſanctiſſimam animam Auctori ſuo reddidit pridie Nonas Aprilis. Et his hactenus oſtendiſſe ſufficiat, Iſidorum Epiſcopum Hiſpalenſem nequaquam Bononiæ, ſed ſua in Eccleſia mortale ſpolium depoſuiſſe.

Sacrum Iſidori corpus Legione in Hiſpania requieſcere demonſtratur.

Ex Part. V. Sacrar. Concertat. Conſtantini Caietani, Abb. Caſinen. S. Baronti.

PRobandum iam mihi nunc incumbit glorioſum Iſidori corpus Hiſpali Legionem, inſignem Hiſpaniarum in vrbem aliam, eſſe

Luc. Tudenſ. Chro. Mūd. lib. 4. circa med.

delatum. Lucas Diaconus Tudenſis, illorum temporum ſcriptor: *B. Aluitus, Legionenſis Epiſcopus, vnà cum glorioſiſſimo Ordonio, Aſtoricenſi Epiſcopo, indixerunt triduanum ieiunium ſocijs: vt Dominus eis oſtendere dignaretur corpus ſanctiſſimum, quod quærebant. Tunc apparuit ambobus Epiſcopis orantibus Chriſti confeſſor Iſidorus, & oſtendit eis ſui corporis locum, præcipiens, vt eum deferrent ad ciuitatem Legionenſem decorandam. Sed cum ex licentia Regis Benabeth tumulus beatiſsimi Doctoris Hiſpaniarum Iſidori aperiretur, balſami ros de oſſibus illius exhalauit, & arbores, & homines, qui aderant, perfudit. Multa etiam alia miranda in ipſo loco, & in itinere facta ſunt, dum duceretur Legionem. Delata ſunt beati Confeſſoris Iſidori membra Legionem, & in tumulo aureo a Rege Fernando, & Sancia Regina ſuper altare S. Ioannis Baptiſtæ venerabiliter collocata: vbi tot miracula ad laudem Chriſti nominis quotidie declarantur, vt ſi quis peritus ea membranis traderet, non minima conficeret librorum volumina.*

Offic. p'opr. Sanctorum Hip.

Lectiones officij S. Iſidori, a Sede Apoſtolica approbatæ, quæ in die illius feſto ab Hiſpanis præcipuè leguntur: *Sepultusq. fuit Hiſpali, vnde poſtea translatus eſt in vrbem Legionem a Fernando I. Caſtellæ, ſimul & Legionis Rege: qui hoc ab Eneto Saraceno Hiſpali regnante, magnis precibus & præmijs impetrauit: cuius nomine Templum ædificatum eſt Legione, vbi ſepultus, miraculis clarus, colitur magna populi religione.*

Roderic. Toler. de Reb. Hiſp. lib. 6 c. 13

Rodericus Archiepiſcopus Toletanus: *Poſtea* (Rex Fernandus) *adeo Regem Hiſpalis infeſtauit, vt corpus B. Iſidori permitteret inde leuari: quod a duobus Epiſcopis, Aluito Legionenſi, & Ordonio Aſturicenſi, multis miraculis coruſcantibus, tranſlatum eſt ab Hiſpali Legionem.*

Ludou. Nonij Hiſpania c. 37.

Ludouicus Nonius, Belga, Legionenſem vrbem deſcribens: *Sanctorum meritis, & reliquijs opulenta, inter*

Digitized by Google

ter cæteras verò D. Iſidori Hiſpal. Epiſcopi, qui anno Chriſti DCLVI. obijt: Hiſpali verò in Legionenſem vrbem a Ferdinando Magno translatus eſt. Ioannes denique Mariana (vt permultos alios omittam) ſuperioribus adſtipulatus, ait: *Rex Maurus ijs cladibus compulſus, magno pretio pacē redemit: atque annuum pactus vectigal, in Ferdinandi fidem ſe, imperiumq. contradidit. Quem ille ea lege recepit, ſi Iuſtæ Virginis corpus, qua potiſſimùm de cauſa bellum ſuſceptum erat, quamprimùm Hiſpali tranſmitteret. Per eum modum fide vltro, citroq. data, ab armis diſceſſum eſt. Epiſcopi, Aluitus Legionenſis, Ordonius Aſturicenſis: præterea Nunnius Comes, Gonſaluus, atque Ferdinandus, viri primarij Hiſpalim abs Rege Legati, ſacri corporis repetendi cauſa: additum ad omnes caſus militare præſidium. Ciues Hiſpalenſes re vulgata, tametſi opinionibus de Religione diſcrepabant, ſiue ſua ſponte cum non ignorarent, quantum præſidij in ſacris corporibus eſſet ad tuendam Rempublicam, atque ſalutem: ſeu a Chriſtianis, qui in ea vrbe ſupererant, perſuaſi, repentè ad arma excitati, negant ſe viuis exportandi Chriſtianis Iuſtæ Virginis corpus fore facultatem. Legati ancipiti cura ſuſpenſi erant, & quid facto opus eſſet, dubitantes: nam Regem Maurum vrgere periculoſum videbant: & re infecta redire, tum ſibi, tum nomini Chriſtiano ignominioſum fore iudicabant. Aluito Pontifici Legationis principi ſecundum quietem viſus auguſta, pulcherrimaq. ſpecie Diuus Iſidorus, eius vrbis olim Epiſcopus, vt ipſius oſſa pro Iuſtæ corpore Legionem deportaret, mandauit. Fore vti corpus, quo deſignabat loco, inueniret: ipſumq. paucis diebus interiturum, veritatis ſomnij, atque diuinæ voluntatis indicio. Vtrumque accidit magno Legatorum miraculo. Nam & Iſidori corpus in Hiſpali veteri, quo ipſe loco deſignarat, effoſſum eſt, continuòq. Aluitus grauiter æger, ita vt medici diffiderent, ſeptimo die extinctus eſt. Reliqui Legati certi diuinæ voluntatis, vtriuſque Pontificis corpus, Iſidori, & Aluiti, ſecum Legionem detulerunt. Rex, & filij Durium uſque religionis ergo obuiam profecti, ſacra pignora ſollemni ſupplicatione, atque apparatu inter fauſtas populi acclamationes, præcipuamq. lætitiam, nudis pedibus, ſuis ipſi humeris aliquanto ſpacio ſcilicet ſuccolantes, in Diui Ioannis Legionenſis Aedem intulerunt. Multa tum Hiſpali, tum toto itinere prodigia edita; cæcorum oculi aperti; ſurdis inſinuatus auditus; pedum vitio afflictis gradiendi reſtituta facultas. Aluiti corpus in templo maximo tumulatum eſt, Iſidori in Ioannis Baptiſtæ loco ſublimi, atque præclaro: vnde conſequenti tempore factum, vt Aedes illa vetus Ioannis Baptiſtæ nomen, Iſidori appellatione mutarit. Miraculum auxit, cum iumenta, quæ vtrumque corpus portabant, ſponte ſua nullo ducente,*

Io. Mariana de Reb. Hiſp. lib 9. c. 3.

Digitized by Google

ſe, ad vtrumque locum conſtitiſſent. Verùm enimuerò hæc S. Iſidori tranſlatio non tantùm ab Hiſpanis fide dignis Scriptoribus cognita, & atteſtata eſt; ſed etiam Galli eidem rei, vtpote veriſſimæ, aſſenſi ſunt: *In Victoriana quoque* (ait Iacobus Breulius, Gallus, monachus Benedictinus, deque Iſidoro optimè meritus) *Lutetiæ Pariſiorum Bibliotheca manu exaratis codicibus prædiuite, antiquiſſimus eſt liber in membranis ſcriptus, poſt mancam Turpini hiſtoriam, itinerarium quoddam ad Sanctum Galleciæ Iacobum deſcribens, & loca ſacra, quæ peregrini inuiſere, deuotionis ergo debeant, commemorans: in quo ſic habetur: Apud vrbem Legionenſem, viſitandum eſt corpus B. Iſidori Epiſcopi, & Confeſſoris, ſiue Doctoris: qui Regulam pijſſimam Clericis Eccleſiaſticis inſtituit, & Gentem Hiſpanicam ſuis doctrinis imbuit, totamq. ſanctam Eccleſiam codicibus florigeris decorauit.* Huius porro tranſlationis ſollemnitatem, quam Breuiarium Toletanum XXII. menſis Decembris celebrandam docet, Legionenſes die XX. eiuſdem Menſis venerantur, vt Bibliothecæ Hiſpanicæ Compilator teſtatur.

Iacob. Breul. præf. ad S. Iſid. Opera.

MS. Victor. Biblioth. Pariſ. ſign. BBB 5. pag. 290.

Quod verò Arnoldus VVion aſſerebat, Iſidorum videlicet requieſcere Bononiæ, Ioannes Grialus in Nota ad prænotationem Braulionis, in vltima Iſidori editione, ſcribit ſe conijcere, forma, & quantitate capſæ, ſiue loculi, Arnoldum (alios namque idipſum affirmantes non legiſſe videtur) credidiſſe, ibi integrum Iſidori corpus eſſe: vbi forſan non niſi aliquot oſſa, vel cineres ipſius continentur. Sed quàm vanum ſit hoc Griali ſubterfugium, ex ſuperioribus non tantũ apparet: verùm etiã ex eo, quod cuiuſcũque Sancti ſit corpus illud apud Bononiẽſes, integrũ aiunt eſſe, nõ aliquot vel oſſa, vel cineres. Huic illud etiã accedit, quòd nemo ex Hiſpaniæ Scriptoribus aliquãdo ſomniaſſe viſus eſt, aliquot S. Iſidori, Hiſpanorũ Patroni, oſſa, ſeu cineres ab Hiſpanis ipſis conceſſa fuiſſe Bononienſibus.

Ex quibus cum luce ipſa pateat, alium eſſe ab Hiſpalenſi Bononienſem Iſidorum, patet etiam error tam VVillelmi Malmesburienſis Angli, quàm Ioannis Naucleri Germani, qui etſi noſtram confirmare videantur veritatem, Iſidori nempe corpus in Hiſpania venerari; nihilominus ſicut Malmesburienſis Toletum, ita Nauclerus Hiſpalim tranſlatum eſſe voluerunt. Et quidem Malmesburienſis verba ſunt: *Succeſſit Leandro Iſidorus, doctrina, ſanctitateq. nobilis: cuius corpus noſtra ætate Aldefonſus Rex Galliciæ Toletum tranſtulit, ad pondus auro comparatum.* Naucleri autem: *Huic etiam* (Ferdinando Regi) *B. Iſidorus, quem tranſtulit in Hiſpalim, reuelauit diem mortis ſuæ.*

VVillielm. Malmesb. li. 2. c. 10 de geſt. Reg. Angl.
Io. Naucler. Chronogr. volum. 2. generat. 19.

Cæte-

Cæterùm Bononienſes ſpectata à maioribus fide, ac Chriſtiana pietate laudabiles de ſacris Iſidori pignoribus prorſus allucinatos minimè affirmauerim: quandoquidem non me latet, fuiſſe duos, qui eodem tempore vixere, Iſidoros, ambos Magni Gregorij diſcipulos, profeſſione Benedictinos, dignitate Epiſcopos, doctrina, & ſanctitate inſignes. Sed vnus Italo-ſiculus in Sicilia Epiſcopus, alter Hiſpanus in patria. Porrò cum de Hiſpalenſi certum ætatis, obitus, & tranſlationis tempus, atque locum, quæ à vero diſcrepantia ſcribentes conſtanter refellunt, abſque dubio habeamus; quid, ſi dixerimus, Bononienſes nominis forſan homonomia deceptos, ſuũ Iſidorum, Epiſcopi Siculi vice, Hiſpalenſem notaſſe, credidiſſe, vocaſſe? De S. Iſidoro autẽ in Sicilia Epiſcopo mentionem celeberrimam fecerunt, Conſtantius Felix in Kalendario, ſub xv. die Ianuarij: & Arnoldus VVion Lign. Vit. lib. III. ad XVIII. Kalendas Februarij.

ISIDORI EPISCOPI HISPALENS. & Doctoris Benedictini ſanctiſſimi, ac ſapientiſſimi, Opuſcula ſeptem.

Lectori meo, Conſtantinus Abbas Caietanus, S.

PHILIPPVS II. Hiſpaniarum Rex Catholicus, Iſidori Hiſpalenſis libros, qui ex multis non niſi aliqui, & ſeorſim editi, & ferè deprauati legebantur, Doctorum Virorum induſtria corrigendos, ac illuſtrandos diligentiſſimè curauit. Madritiana huic editioni altera acceſſit Pariſienſis, ac ea quidem aucta nonnullis Opuſculis. Verùm, quia in Scriptis tanti Doctoris colligendis, & ornandis maiorem adhiberi ſollicitudinem maximè cuperem; en ſeptem eius Opuſcula a nobis recenſita, & vtcumque notis illuſtrata, quæ tertia Operum illius impreſſioni annecti poterunt. Vale.

I. Iſidori Sermo de Natiuitate Domini.
II. Eiuſdem Sermo de Sanctis Angelis.
III. Eiuſdem Commentariorum fragmenta ſuper Regulam S. Benedicti.
IV. Eiuſdem Liber de Conuerſis ad Monachos.
V. Eiuſdem Epiſtola ad Maſonem Epiſcopum.
VI. Prologus in eiuſdem Synonimorum libros.
VII. Eiuſdem Oratio, vel Confeſſio ad Deum.

Sermo S. Iſidori in die Natiuitatis Domini.

NAtalis Domini dies ea de cauſa a Patribus votiua ſollemnitate inſtitutus eſt: quia in eo Chriſtus pro redemptione mundi naſci corporaliter voluit: prodiens ex Virginis vtero, qui erat in Patris imperio. Cuius ſuſceptæ carnis cauſa hæc eſt. Poſtquam enim inuidia diaboli Parens ille primus ſeductus vaniter cecidit, confeſtim exul & perditus in omni Genere ſuo radicem malitiæ, & peccati traduxit: creſcebatq. in malum vehementius omne Genus humanum, diffuſis vbique ſceleribus: &, quod eſt nequius, omnium cultibus idolorum. Volens ergo Deus terminare peccatū,

con-

Digitized by Google

conſuluit Verbo,Lege,Prophetis,ſignis,plagis,prodigijs. Sed cum nec ſic quidem errores ſuos admonitus agnoſceret mundus, miſit Deus Vnigenitum filium ſuum, vt carnem indueret, & hominibus appareret,& peccatores ſanaret. Qui ideo in hominem venit,quia per ſemetipſum ab hominibus cognoſci non potuit. Vt autem videretur, Verbum caro factum eſt,aſſumendo carnem,non mutatum in carnem. Aſſumpſit enim humanitatem,non amiſit diuinitatem. Ita idem Deus,& idem homo;in natura Dei æqualis Patri,in natura hominis factus eſt mortalis in nobis. Pro nobis enim de nobis,manens quod erat, ſuſcipiens quod non erat: vt liberaret, quod fecerat. Hæc eſt ergo Dominicæ Natiuitatis magna ſollemnitas: hæc eſt diei huius noua,& glorioſa feſtiuitas,aduentus Dei factus ad homines. Itaque dies iſte pro eo,quod in eo Chriſtus natus eſt,Natalis dicitur: quemq. ideo obſeruare per reuolutum circulum anni,feſta ſollemnitate debemus, vt in memoriam reuocetur, quòd natus eſt Chriſtus,qui viuit,& regnat in ſæcula ſæculorum. Amen. Ioan. 1.

Conſtantini, Abbatis Caietani,in Sermonem S. Iſidori Hiſpal. de Natiuitate Domini, Notæ.

IN primis,quod ad nomen Iſidori attinet,diuerſo illud modo notatū inueni,non tantum in MSS.exemplaribus, verùmetiam in impreſſis: nempe vt ab alijs ſcriberetur Hiſidorus,& Hiſydorus, vel Hyſidorus: ab alijs autē Yſidorus,aut Iſidorus. Omnium tamen lectio ea nobis maximè placuit,qua Iſidorus exprimitur.

Iſidorum itaque exaraſſe librum Sermonum, teſtis eſt non ſolùm Trithemius,& Sigebertus Gemblacenſis, lib. de Scriptor. Eccleſ. ſed etiam Braulio,dum ait: *Sunt & alia eius viri multa Opuſcula, & in Eccleſia Dei multo cum ornamento inſcripta*. Maximè tamen dolemus, quòd miſerrima illa temporum conditio plurimos hoſce ipſius ſermones, plurima quoque diuerſi generis ſcripta peſſimè conſumpſit. Hunc autem ſermonem de Domini Natiuitate, Hiſpalenſem Iſidorum contexuiſſe, præter phraſim in illo,certè Iſidoro familiarem,Conradus Geſnerus, etſi dānatæ memoriæ auctor,ex Alcuini Homiliario,in ſua Bibliotheca animaduertit.Ipſum quoque Alcuinum,iuſſu Caroli Magni,Opus illud(quod MS. Caſini legimus,Baſileæ verò an.Do.1498. impreſſum) a Sanctis Patribus collegiſse, certum eſt.

Sermo S. Iſidori Epiſcopi, De Sanctis Angelis.

ANgelorum nomen officij eſt,non naturæ: nam ſecundum naturam ſpiritus nuncupantur.Quando enim de cælis ad annunciancian-

ciandum hominibus mittuntur, ex ipſa annunciatione Angeli nominantur. Natura etenim ſpiritus ſunt. Tunc enim Angeli vocantur, quando mittuntur. Natura Angelorum mutabilis eſt, quia ineſt illis mutabilitas in natura: Sed facit eos incorruptos charitas ſempiterna. Gratia, non natura eſſe incommutabiles Angelos. Nam ſi natura incommutabiles eſſent, diabolus [b] numquam cecidiſſet. Mutabilitatem itaque naturæ ſuffragatur in illis contemplatio Creatoris. Vnde & priuatus eſt apoſtata Angelus, dum fortitudinem ſuam non a Deo, ſed a ſe voluit cuſtodiri. Ante omnem creaturam Angeli facti ſunt, dum dictum eſt: Fiat lux. De ipſis enim dicit Scriptura:
Gen.1. Prior omnium creata eſt Sapientia. Lux enim dicuntur participando
Eccl.1. lucis æternæ; Sapientia verò dicuntur geniti inhærendo Sapientiæ. Et dum ſint mutabiles natura, non tamen ſinit eos contemplatio mutari diuina. Ante omnem creationem mundi creati ſunt Angeli, & ante omnem creationem Angelorum, diabolus conditus eſt; ſicut
Iob 40. ſcriptum eſt: Ipſe eſt principium viarum Dei. Vnde & ad comparationem Angelorum Archangelus appellatus eſt. Prius enim creatus extitit ordinis prælatione, non temporis quantitate. Primatum habuiſſe inter Angelos diabolum conſtat, ex qua fiducia cecidit: ita vt ſine reparatione laberetur. Cuius prælationis excellentiam
Ezech.31. Propheta his verbis annunciat: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei, abietes non adæquauerunt ſummitatem illius: omne lignum Paradiſi non eſt aſſimilatum illi, quoniam ſpecioſiorem fecit illum Deus. Diſtat conditio Angelica a conditione hominis: homo enim ad Dei ſimilitudinem conditus eſt, Archangelus verò, qui lapſus eſt, ſignaculum Dei ſimilitudinis appellatus eſt; teſtante Do-
Idem 28. mino per Ezechielem: Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapiētia, perfectus decore, in delicijs paradiſi Dei fuiſti. Quantò enim ſubtilior eſt eius natura, tantò plenius extitit ad ſimilitudinem diuinæ virtutis expreſſa. Prius de cælo cecidiſſe diabolum liquet, quàm homo conderetur: nam mox vt factus eſt, in ſuperbiam erupit, & præcipitatus de cælo eſt. Nam iuxta Veritatis teſtimonium: Ab initio
Ioan.8. mendax fuit, & in veritate non ſtetit; quia ſtatim vt factus eſt, cecidit. Fuit quidem in veritate conditus: ſed non ſtando, confeſtim a veritate eſt lapſus. Vno ſuperbiæ lapſu dum Deo per tumorem ſe confertur, & homo cecidit, & diabolus; ſed homo reuerſus ad pœnitentiam, Deo ſe inferiorem eſſe cognoſcit; diabolus verò non ſolùm eſt hoc contentus, quod ſe Deo æqualem æſtimans, cecidit. Inſuper etiam ſuperiorem ſe Deo dicit, ſecundum Apoſtoli dictum, qui ait
2.Theſſ.2. de Antichriſto: Qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne, quod di-
citur

Digitized by Google

citur Deus, aut quod colitur. Diabolus ideo iam non petit veniam, quia non compungitur ad pœnitentiam. Membra verò eius ſæpe per hypocriſim deprecantur: quod tamen pro mala conſcientia adipiſci non merentur. Diſcat humana miſeria, quòd ea cauſa citius prouocatur Deus præſtare veniam, dum infirmo compatitur homini, quia ipſe homo traxit ex parte inferiore infirmitatem peccandi, hoc eſt, carnem, qua incluſa anima detinetur. Apoſtatæ Angeli ideo veniam non habent, quia carnalis fragilitatis nulla infirmitate grauati ſunt, vt peccarent. Homines autem poſt peccatum iccirco reuertuntur ad veniam, propter quod ex lutea materia pondus traxerũt infirmitatis: ideoq. pro infirma carnis conditione reditus patet homini ad ſalutem; ſicut & Pſalmus dicit: Ipſe[c] fecit figmentum noſtrum. Memento Domine, quòd terra ſumus. Et iterum: Memorare, inquit, quæ ſit mea ſubſtantia. Poſtquam apoſtatæ Angeli ceciderunt, reliqui perſeuerantes ſtabilitate æternæ beatitudinis ſolidati ſunt. Vnde & poſt cæli creationem in principio repetitur: Fiat firmamentum: & vocatum eſt firmamentum, cælum. Nimirum oſtendens, quòd poſt Angelorum ruinam, ij, qui permanſerunt, firmitatem meruerunt æternæ perſeuerantiæ, & beatitudinis accipere, quam antea minus acceperant. Poſt diaboli deiectionem, Angelorum ſanctorum Collegia ſanctitatis perſeuerantiam, & [d] beatitudinis acceperunt, quam antea minus acceperant. Vnde oportet agnoſci, quod malorum iniquitas, ſanctorum ſeruiat humilitati. Quia vnde mali corruunt, inde boni proficiunt. Bonorum Angelorum numerus, qui poſt ruinam Angelorum malorum eſt diminutus, ex numero electorum hominum ſupplebitur: qui numerus ſoli Deo eſt cognitus. Inter Angelos diſtantia eſt poteſtatum, & pro graduum dignitate miniſteria eiſdem ſunt diſtributa: alijſq. alij præferuntur tam culmine poteſtatis, quàm ſcientia virtutis. Subminiſtrant igitur, [e] aliorumq. præceptis obediunt, atque iuſſis. Vnde & ad Prophetam Zachariam [f] Angelus ab Angelo mittitur, & quæcumque annunciare debeat, præcipit. Nouem eſſe diſtinctiones, vel ordines Angelorum, ſacra Scriptura teſtatur: id eſt, Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubim, & Seraphim. Horum ordinum numerum etiam Ezechiel Propheta deſcribit ſub totidem nominibus lapidum, cum de primatu apoſtatæ Angeli loqueretur: Omnis, inquit, lapis pretioſus operimentum tuum, Sardius, Topatius, Iaſpis, Chriſolytus, Onix, Berillus, Saphirus, Carbunculus, & Smaragdus. Quorum numero lapidum ipſi ordines deſignati ſunt Angelorum, quos apoſtata Angelus ante

Pſal. 102. Ibid. Pſal. 88. Gen. 1. Zach. 2. Ezech. 28.

Digitized by Google

lapſum, quaſi in veſtimento ornamenti ſui affixos habuit: [g] ad quo-
rum comparationem dum ſe clariorem cunctis aſpexit, confeſtim
intumuit,& cor ſuum ad ſuperbiam eleuauit. Angeli ſancti ſemper
in Deo gaudent,non in ſe. Malus verò inde eſt diabolus,quia [h] nō
quæ Dei,ſed quæ ſua ſunt, requiſiuit. Nulla autem maior iniquitas,
quàm non in Deo,ſed in ſe velle quemquam gloriari. Angeli in
Verbo Dei cognoſcunt omnia, antequam fiant: & quæ apud homi-
nes adhuc futura ſunt, Angeli iam reuelante Domino nouerunt.
Præuaricatores Angeli, etiam ſanctitate amiſſa, non tamen amiſe-
runt viuacem creaturæ Angelicæ ſenſum. Triplici enim modo præ-
ſcientiæ acumine vigent,id eſt, ſubtilitate [i] naturæ,experientia tem-
porum,reuelatione [k] ſuperiorum poteſtatum. Quotiens Deus quo-
cumque flagello huic mundo iraſcitur, ad miniſterium vindictæ a-
poſtatæ Angeli mittuntur: qui tamen diuina poteſtate coërcentur,
ne tantum noceant,quantum cupiunt. Boni autem Angeli ad mini-
ſterium ſalutis humanæ deputati ſunt, vt curas adminiſtrent mundi,
Hebr. 1. & regant omnia iuſſu Dei;teſtante Apoſtolo: Nonne omnes, inquit,
ſunt adminiſtratorij Spiritus,in miniſterium miſſi, propter eos, qui
hæreditatem capiunt ſalutis? Angeli corpora, in quibus apparent,
de ſuperno aere ſumunt:ſolidamq. ſpeciem ex cæleſti elemento [l] in-
duunt, per quam humanis obtutibus manifeſtiùs demonſtrentur.
Singulæ Gentes præpoſitos Angelos habere creduntur:quod oſten-
Dan. 10. ditur teſtimonio Angeli Danieli loquentis:Ego,inquit, veni, vt nū-
ciarem tibi; ſed Princeps regni Perſarum reſtitit mihi. Et poſt alia:
Ibidem. Non eſt,qui me adiuuet,niſi Michael princeps veſter. Item omnes
homines Angelos habere probantur;loquente Domino in Euange-
Matth. 18. lio: Amen dico vobis,quia Angeli eorum ſemper vident faciem Pa-
tris mei,qui eſt in cælis. Vnde,& de Petro in Actibus Apoſtolorū,
Act. 12. cum pulſaret ianuam, dixerunt intus Apoſtoli: Non eſt Petrus, ſed
Angelus eius eſt. Si Deum Angeli [m] contuentur,& vident,cur Pe-
1. Pet. 1. trus dicit: In quem deſiderant Angeli Dei conſpicere? Item, ſi eum
* non. * nec contuētur,nec vident;quomodo iuxta ſententiam Domini, An
geli eorum ſemper vident faciem Patris, qui eſt in cælis? Sed benè
vtrumque eſt. Nam veraciter credimus,quòd Deum Angeli vident,
& videre deſiderant: & habent,& habere feſtinant: & amant, & a-
mare nituntur. Si enim ſic videre deſiderant, vt effectu deſiderij
non perfruantur, deſiderium hoc neceſſitatem habet, neceſſitas iſta
pœnalis eſt, & beatis Angelis omnis pœna longe eſt, quia numquā
ſimul pœna, & beatitudo conueniunt. Rurſum,ſi eos Dei viſione
ſatiari dicimus, ſatietas faſtidium habere ſolet: & ſcimus illos Dei
viſo-

Digitized by Google

viſionem,quam deſiderant,faſtidire non poſſe.Quid ergo eſt, niſi vt miro modo ſimul vtrumque credamus,quia & deſiderant, & ſatiantur? Sed deſiderant ſine labore,& ſatiantur ſine faſtidio. Ne enim ſit in deſiderio neceſſitas,[n] deſiderantes ſatiantur. Et iterum, ne ſit in ſatietate faſtidium, ſatiari deſiderant. Vident ergo Angeli faciem Patris pro ſatietate: ſed quia ſatietas iſta faſtidium neſcit, Angeli deſiderant in eum proſpicere ſemper. Vbicumque in Scripturis ſanctis pro Deo Angelus ponitur, non Pater, non Spiritus ſanctus, ſed pro Incarnationis diſpenſatione ſolus Filius intelligitur. Ante Dominicæ Incarnationis aduentum diſcordia inter Angelos,& homines fuit; veniens autem Chriſtus pacem in ſe & Angelis,& hominibus fecit. Eo quippe nato clamauerunt Angeli: In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Per Incarnationem igitur Chriſti non ſolùm Deo reconciliatus eſt homo, verùm etiam pax inter homines,& Angelos reformata eſt. Diſcordia igitur ante aduentum Chriſti, hominum,& Angelorum fuiſſe,per id maximè agnoſcitur, quòd ſalutati in veteri Teſtamento ab hominibus Angeli, deſpiciunt ſe ſalutari ab eis: quod in nouo Teſtamento a Ioanne factum, non ſolùm reuerenter Angelus ſuſcepit, verùm etiam ne faciat, interdicit. Ob hoc homo in veteri Teſtamento deſpicitur, nec reſalutatur ab Angelo: eo quòd homo [o] adhuc nondum tranſierat in Deum. Suſcipitur autem homo a Deo,& reuerenter reſalutatur ab Angelo. Nam & Mariam Angelus Gabriel legitur ſalutaſſe; & [p] Ioanni Angelum ſalutanti, ab eodem Angelo dicitur: Vide ne feceris: conſeruus enim tuus ſum,& fratrum tuorum. Per quod agnoſcitur, per Incarnationem Dominicam,pacem hominibus fuiſſe, & Angelis redditam.

Luc. 2. Luc. 1. Apoc. vlt.

Nonnumquam verò etiam per Angelum humanis cordibus ita loquitur Deus, vt ipſe quoque Angelus mentis obtutibus præſentetur. Verbis namque per Angelum loquitur Deus, cum nihil in imagine oſtenditur,ſed ſupernæ verba locutionis audiuntur; ſicut dicente Domino: Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te; protinus reſpondetur: Clarificaui,& iterum clarificabo. Neque enim Deus,qui ſine tempore impulſionis intimæ clamat, in tempore per ſuam ſubſtantiam, illam vocem edidit,quam circumſcriptam tempore per humana verba diſtinxit. Sed nimirum de cæleſtibus loquens, verba ſua, quæ audiri ab hominibus voluit,rationali creatura adminiſtrante formauit. Aliquando rebus per Angelos loquitur Deus,cum nihil verbo dicitur; ſed ea,quæ futura ſunt, aſſumpta de elementis imagine nunciantur. Sicut Ezechiel nil verborum audiens, electri ſpeciem in medio ignis vidit: vt videlicet dum ſolam

Ioan. 12. Ezech. 1.

Digitized by Google

vitam æternam,& alij in opprobrium, vt videantur ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi firmamentum: & qui ad iuſtitiã erudiunt multos,quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Tu autem Daniel claude ſermones,& ſigna librum vſque ad tempus ſtatutũ. Pertranſibunt plurimi,& multiplex erit ſciẽtia. Et vidi ego Daniel, & ecce quaſi duo ſtabant alij:vnus hinc ſuper ripam fluminis,& alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro,qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſuper [x] aquam fluminis: Vſquequo finis horum mirabilium? Et audiui virum, qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis,cum leuaſſet dexteram,& ſiniſtram ſuam in cælum, & iuraſſet per Viuentem in æternum:quia in tempus,& tempora, & dimidium temporis,cum [y] completa fuerit diſperſio manus populi ſancti, complebuntur vniuerſa hæc. Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi: Domine mi,quid erit poſt hæc? Et ait: Vade Daniel,quia clauſi ſũt, ſignatiq. ſermones vſque ad tempus præfinitum.Eligentur, & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi, & impiè agent: neque [z] intelligent omnes impij,porro docti intelligent. Et a tempore cum ablatum fuerit iuge Sacrificium, & poſita fuerit abominatio [a] in deſolationem,dies mille ducenti nonaginta. Beatus, qui expectat,& peruenit ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem Daniel vade ad præfinitum tempus, & requieſce. Et ſtabis in ſorte tua, in finem dierum.

Aliquando per Angelos verbis,ſimul & rebus loquitur Deus: cũ quibuſdam motibus inſinuat hoc,quod ſermonibus narrat. Neque enim Adam poſt culpam in diuinitatis ſubſtantia videre Deum potuit,ſed increpationis verba per Angelum audiuit.Aliquando imaginibus cordis oculis oſtenſis per Angelos loquitur Deus: ſicut Iacob ſubnixam cælo ſcalam dormiens vidit: & ſicut Petrus lintheũ reptilibus,& quadrupedibus plenum, in extaſi raptus aſpexit: qui niſi incorporeis hæc oculis cerneret,in extaſi non fuiſſet; ſicut Paulo in viſione noctis vir Macedo apparuit, qui tranſire eum Macedoniam rogauit. Aliquando imaginibus, & ante corporeos oculos ad tempus ex aere aſſumptis,per Angelos loquitur Deus; ſicut Abrahã non ſolùm tres viros videre potuit, ſed etiam terreno [b] habitaculo ſuſcipere:& non ſolùm ſuſcipere,ſed eorum vſibus etiam cibos adhibere. Niſi enim Angeli quædam nobis in terra nunciantes, ad tempus ex aere corpora ſumerent, exterioribus profectò noſtris obtutibus non apparerent, nec cibos cum Abraham caperent, niſi propter nos ſolidum aliquid ex cæleſti elemento geſtarent. Nec mirum,quòd illic ipſi, qui ſuſcepti ſunt,modò Angeli, modò Dominus

Gen. 28. Act. 10. Act. 16. Gen. 18.

nus vocanturquia Angelorum vocabulo [c] exprimunt, qui exterius miniſtrabant: & appellatione Domini oſtenditur, qui eis interius præerat: vt per hoc præſidentis imperium, & per illud clareſceret officium miniſtrantium. Aliquando cæleſtibus ſubſtantijs per Ange-
Matth. 13. & 17. los loquitur Deus;ſicut baptizato Domino ſcriptum eſt: Quia de nube vox ſonuit dicens: Hic eſt filius meus dilectus,in quo [d] mihi complacui. Aliquando terrenis ſubſtantijs per Angelos loquitur
Num.22. Deus;ſicut cum Balaam corripuit, in ore aſinæ humana verba formauit. Aliquando ſimul terrenis, & cæleſtibus ſubſtantijs per An-
Exod.3. gelos loquitur Deus; ſicut ad Moyſen in monte cum iuſſionis ſuæ verba dedit,ignem, rubumq. ſociauit: atque aliud ſuperius, aliud inferius iunxit: quod tamen tunc ſolùm agitur, cum ex ipſa aliquid coniunctione ſignatur. Nam per ſuccenſum rubum Moyſen alloquens,quid aliud oſtendit,niſi quòd [e] eius populi ductor fieret, qui & Legis flammam perciperet: & tamen [f] peccati pœnam nequaquã vitaret? Vel quòd ex illo populo exiret,qui igne Deitatis,carnis noſtræ peccata,quaſi [g] rubi ſpinas abſumeret: & inconſumptam humanitatis noſtræ ſubſtantiam,etiam in ipſa [h] diuinitatis flamma ſeruaret? Nonnumquam verò humanis cordibus etiã per Angelos Deus ſecreta eorum præſentia virtutem ſuæ aſpirationis infundit. Vnde
Zach. 1. Zacharias ait: Dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me. Dum ad ſe quidem, ſed tamen in ſe loqui Angelum dicit, liquidò oſtendit: quòd is, qui ad ipſum verba [i] fecerat per corpoream ſpeciem extra non eſſet. Vnde & paulò poſt ſubdidit: Et ecce Angelus, qui loquebatur in me,egrediebatur. Sæpè enim non exterius apparent, ſed [k] ſicut Angelici Spiritus voluntatem Dei Prophetarum ſenſibus innoteſcunt: atque ita eos ad ſublimia ſubleuant, & quæque in rebus futura ſunt,in cauſis [l] originalibus præſentia demonſtrant. Humanũ namque cor ipſe carnis corruptibilis põdere grauatũ,hanc ipſam [m] corpulentiam ſuam quaſi obicem ſuſtinens,interna non penetrat: & graue exterius iacet,quia leuantem manum interius non habet. Vnde fit, ſicut dictum eſt,vt Prophetarum ſenſibus ipſa, [n] vt eſt ſubtilitas Angelicæ virtutis appareat:eorumq. mens quo [o] ſubtili ſpiritu tangitur,leuetur,& non iam pigra, torpenſq. in ima iaceat: ſed repleta intimis afflatibus, ad ſuperna conſcendat, atque inde quaſi de quodam rerum vertice, quæ infra ſe ventura ſunt, videat. Per [p] Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,qui cum Patre, & Spiritu ſancto,viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Explicit.

Con-

Digitized by Google

Conſtantini, Abbatis Caietani, in Sermonem S. Iſidori Hiſpalenſis de Sanctis Angelis, Notæ, ac variæ lectiones.

IN vno, aut altero ex vetuſtioribus MSS. Lectionarijs Bibliothecæ Caſinenſis, ſign. num. 75. & 136. ac in duobus Bibliothecæ Vaticanæ Codicibus, ſign. num. 1296. & 3836. extat ſermo hic Iſidori de Sanctis Angelis, in quibus tamen S. Michaeli Archangelo tantummodò inſcriptus eſt. Reuera theſaurum cenſeo, quidquid de reliquijs Operum Iſidori Hiſpalenſis erui poteſt: de eo enim hic ſolùm cogito: nam vt Iſidoro Cordubenſi, vel Iſidoro Pacenſi tribuam, nec ſuſpicari volo. Iſidori namque nomine, non eodem tempore, tres in Hiſpania viros, eruditionis, & probitatis opinione excellentes, extitiſſe conſtat: Iſidorum Cordubenſem Epiſcopum, cui ob antiquitatem Senioris cognomentum eſt, vixitq. temporibus Honorij Imp. Iſidorum Hiſpalenſem, cuius actiones iam explicuimus: poſtremò Iſidorum Pacenſem, qui quòd duobus fuit ætate poſterior (vixit enim longè poſt Hiſpalenſem) Iunioris cognomen tulit: tametſi Iſidorus Hiſpalenſis a Cordubenſi ea appellatione nonnumquam ſecerni conſueuerit. Ne te, Lector, idem cognomen in errorem mittat, caue. Tres in Hiſpania Iſidori.

a *Sermo S. Iſidori Epiſcopi, de Sanctis Angelis.* Sed MS. Bibliothecæ Vaticanæ ſign. num. 1269. quem deinceps Maiorem appellabimus, legit: *Sermo Yſidori Epiſcopi, in* S. *Michaelis Archangeli.* Alter tamen eiuſdem Bibliothecæ MS. litteris ferè Romanis, vt dicunt, maiuſculis, & antiquior, ſign. num. 3836. quem a forma Minorem dicemus, ſic habet: *Incipit Sermo* S. *Hiſydori in* S. *Archangeli.* In vtroque MS. eſt in tres partes, ſeu lectiones, vti ſolitus erat legi ad nocturnas horas, diſtinctus. I. *Angelorum nomen officij eſt.* II. *Nonnumquam verò.* III. *Aliquando per Angelos.*

b *Diabolus numquam cecidiſſet.* ſic Maior; Minor autem: Diabolus non vtique cecid.

c *Ipſe fecit figmentum.* Minor, Ipſe ſcit figm.

d *Sanctitatis perſeuerantiam, & beatitudinis.* Min. & beatitudinem.

e *Subminiſtrant igitur, aliorumq. præceptis obediunt, atque iuſſis.* Min. Subminiſtrant igitur alij aliorum præceptis, atque obediunt iuſſis.

f *Angelus ab Angelo mittitur.* Min. Angelus Angelum mittit.

g *Ad quorum comparationem.* Min. Et quorum comparatione.

h *Quia non quæ Dei, ſed quæ ſua ſunt.* Maior, Quia non quod Dei, ſed quæ ſua ſunt.

i *Id eſt, ſubtilitate naturæ.* Maior vitioſè habet, Subtilitate creaturæ.

K *Reuelatione ſuperiorum poteſtatum.* Min. Supernorum poteſtat.

l *Ex cæleſti elemento induunt.* Min. inducunt.

m *Angeli contuentur, & vident.* Min. non habet, & vident.

n *Deſiderantes ſatiantur.* Min. Deſiderant, & ſatiantur.

o *Homo adhuc nondum tranſierat.* In Maiori ea vox, adhuc, abeſt.

p *Ioanni Angelum ſalutanti.* Min. malè tamen, Ioanne Angelo ſalutanti.

Digitized by Google

futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur; [b] ita vnuſquiſque impius pro quantitate facinorum condemnabitur. Nec deerit in ſupplicio [c] futuræ damnationis ordo, ſed iuxta qualitatem criminum, [d] diſcuſſio erit pœnarum.

Grad.V.Humilit.S.Et item dicit: Confitemini Domino, quoniam bonus,&c.

HInc S. Iſidorus ait: [e] Confeſſio iſta ad medicinam animæ facta eſt, ſed hoc quoque ad præconia Domini pertinere, non dubiū eſt. Quanto maior eſt gloria pietatis parcere confitēti, quā iubenti ſine cōfeſſione præſtare? Et ne aliquis de culparum ſuarum numeroſitatibus terreretur, addidit: Quoniam bonus. Quis enim dubitet ad eum recurrere, quē ſibi audit celerrimè ſubuenire? Quoniā in ſæculum miſericordia eius. Audito bono Domino, ne ſe humana negligentia ab ſtudiorum,& ſedula ſupplicatione ſuſpenderet, remedij causā dicit, vt ad confeſſionem Domini celerem debeat feſtinare. Sæculum autem vitæ huius ſignificat curſum, vbi miſeri ſunt quicumq. delinquunt: vbi fas eſt corda noſtra conuerti, & miſericordiam poſtulari. Ibi enim damnatio eſt confiteri peccatum, vbi iam conſtat eſſe iudicium.

Pſal.105.

Cap.xxij. Quomodo dormiāt monachi. Singuli p ſingula lecta,&c.

HInc [f] S. Iſidorus ait: Lux dormien-

Cap. XIII. De Stramentis.

L*Vx autem nocte dormientium*

mientium locũ illuminet, vt depulſis tenebris, teſtimonium pateat ſingularis quietis. Monachi ſtratus [g] nulla turpi cogitatione verſetur, ſed in [h] ſola cogitatione Dei. Accubans, requiem corporis, & quietem habeat cordis, cogitationeſq. prauas a ſe repellat; bonis [i] oblectis, turpes a ſe reijciat. Nam animi motus imaginibus ſuis agitur: & qualis vigilãti cogitatio fuerit, talis & imago per ſoporem [K] occurrit.

§. *Si poteſt fieri, omnes in vno loco dormiant, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Fratres omnes, ſi poſſibile eſt, in vno conclaui commorari decet. Quod ſi difficile fuerit, certè vel decẽ, quibus [l] vnus eſt præponendus Decanus, quaſi rectus cuſtos.

Cap. xxiv. Qualis debeat eſſe modus excommunicationis.

§. *Si quis tamen frater in leuioribus culpis inuenitur, &c.*

LEuioris culpæ reus eſt (vt ait S. Iſidorus) qui otioſus [m] eſſe cupit; qui ad officium, vel ad collationem, vel ad menſam [n] tardiùs venerit; qui in choro riſerit; qui [o] fabulas dilexerit; qui relicto officio, vel opere, extra neceſſitatis causã, foris diſceſſerit; qui torporem, & ſomnum amauerit; qui ſæpius iurauerit; qui multiloquus fuerit; qui miniſterium cuiuſlibet operis iniunctum ſibi, ſine benedictione ſuſceperit; aut peracto opere benedictionẽ minimè poſtulauerit; qui in-

locum illuminet, vt depulſis tenebris teſtimonium pateat ſingularis quietis. Stratus monachi in nulla turpi cogitatione verſetur, ſed in ſola contemplatione Dei. Accubãs, & requiem corporis, & quietem habeat cordis, cogitationeſq. prauas a ſe repellat; bonaſq. amplectens, turpes a ſe reyciat. Nam animi motus imaginibus ſuis agitatur: & qualis vigilantis cogitatio fuerit, talis & imago per ſoporem occurrit.

Cap. XIII. de Stramentis.

F*Ratres quoque omnes, ſi poſſibile eſt, in vno conclaui commorari decet. Quod ſi difficile fuerit, certè vel decem, quibus vnus eſt præponendus Decanus, quaſi rector, & cuſtos.*

Cap. XVII. De Delictis.

L*Euioris culpæ reus eſt, qui otioſus eſſe dilexit; qui ad officiũ, vel ad collationem, vel ad menſã tardiùs venerit; qui in choro horis riſerit fabuliſue vacauerit; qui relicto officio, vel opere, extra neceſſitatis cauſam foras diſceſſerit; qui torporem, aut ſomnum amauerit; qui ſæpius iurauerit; qui multiloquus fuerit; qui miniſteriũ cuiuſlibet operis iniunctũ ſibi ſine benedictione ſuſceperit, aut perfecto opere benedictionem minimè poſtulauerit; qui iniunctum opus negligẽter, vel tardiùs expleuerit; qui caſu ali-*

Digitized by Google

iniunctum ſibi opus, negligenter, aut tardius expleuerit; qui caſu vas aliquod fregerit; qui damnum rei paruæ intulerit; qui codice negligenter vſus fuerit; qui alicubi ad momentum ſeceſſerit; qui occultè litteras ab alio, vel quælibet munuſcula acceperit; vel quemlibet parentum, ſeu ſæcularium, ſine iuſſione Senioris aut viderit, aut cum eo locutus fuerit; qui Seniori inobediẽs fuerit; qui contumaciter Seniori reſponderit; qui erga Seniorẽ linguam non repreſſerit; qui laſciuus in lingua fuerit; qui inhoneſtè inceſſerit; qui iocauerit; qui ſatis riſerit; qui illuſionem nocturnam Patri non patefecerit. Hæc, & his ſimilia, triduana excommunicatione emendanda ſunt.

Cap. xxv. De grauioribus culpis. S. Is autem frater, qui grauioris culpæ, &c.

DE hoc S. Iſidorus ait: Grauioris culpæ obnoxius eſt, ſi temulẽtus quiſque ſit, ſi diſcors, ſi turpiloquus, [p] ſi mente tumidus, ſi iactans, ſi inceſſu immoderatus, detractor, ſuſurro, inuidus, præſumptor rei peculiaris, pecuniæ contagio implicatus; ſi aliquid, præter regularem diſpenſationem, ſuperfluum poſſidens; ſi fraudator rei publicæ, aut commiſſæ ſibi, aut minus commiſſæ. Inter hæc, ſi ſe de rebus ſecum allatis extollerit: vel de his per inobedientiam murmurauerit; ſi rei ma-

aliquid fregerit; qui damnum rei paruæ intulerit; qui codice negligenter vſus fuerit; qui alicubi ad momentum ſeceſſerit; qui occultè ab aliquo litteras, vel quodlibet munus acceperit: vel epiſtolam ſuſcipiens, ſine Abbatis conſenſu, reſcripſerit: vel quemlibet parentum, ſeu ſæcularium, ſine iuſſu Senioris aut viderit, aut cum eis locutus fuerit; qui Seniori inobediẽs fuerit; qui contumaciter Seniori reſponderit; qui erga Seniorẽ linguam non repreſſerit; qui laſciuus in lingua fuerit; qui inhoneſtè inceſſerit; qui iocauerit; qui ſatis riſerit; qui cum excommunicato locutus fuerit, orauerit, aut comederit; qui illuſionem nocturnam Patri nõ patefecerit. Hæc igitur, & his ſimilia, triduana excommunicatione emendanda ſunt.

Cap. xvii. De Delictis.

*GRauioris autem culpæ obnoxius eſt, ſi temulentus quiſquã ſit, ſi diſcors, ſi turpiloquus, ſi fœminarum familiaris, ſi ſeminans diſcordias, ſi iracundus, ſi alta & erectæ ceruicis, ſi mente tumidus, vel iactanti inceſſu immoderatus, ſi detractor, ſi ſuſurro, vel inuidus, ſi præſumptor rei *peculiaris, ſi pecuniæ cõtagio implicitus, ſi aliquid præter regularem diſpenſationem ſuperfluũ poſſidens, ſi fraudator rei acceptæ, aut commiſſæ ſibi, aut minus commiſſæ. Inter hæc, ſi de rebus ſe-*

* familiaris.

maiori damnum intulerit; ſi furauerit, ſi periurauerit, ſi falſum teſtimonium dixerit; ſi contentiones, aut rixas amauerit; ſi manifeſtum conuitium fratri intulerit; ſi perſonam innocentis falſo crimine maculauerit; ſi contumaci animo Seniorẽ deſpexerit; ſi rancorem aduerſus fratrem tenuerit; ſi peccanti in ſe, & poſtea ſupplicanti, veniam non cõceſſerit; ſi cum paruulo iocauerit, riſerit, vel eũ oſculatus fuerit, vel adulterauerit, vel polluerit; ſi cum altero in vno lecto iacuerit; ſi extra communem menſam priuatim, vel furtim quidpiam ſumpſerit; ſi alicubi extra conſultum Abbatis, vel Præpoſiti diſcedens, medio die, vel amplius remorauerit; ſi, vt otioſus ſit, falſam infirmitatem prætenderit. Hæc, & his ſimilia, iuxta arbitrium Patris diuturna excõmunicatione purganda ſunt; vt qui grauiter peccaſſe noſcuntur, acriori ſeueritate coerceantur.

Cap. XVI. De his, qui ſine iuſſione Abbatis, iunguntur excommunicatis.

§. *Si quis fratrem præſumpſerit ſine iuſſione Abbatis, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Ad excommunicatum nulli liceat ingredi [q] ſine Maioris imperio. Cum excommunicato neque orare, neque loqui [r] cuique liceat. Cũ excõmunicato nulli penitus veſci liceat; nec ipſi quidem [ſ] qui alimentum, & victum ei præbet.

[q] 11. quæſ. 3.

Cap.

ſecum allatis extulerit, vel de ijs per inobedientiam murmurauerit; ſi falſum dixerit; ſi contentiones, vel rixas amauerit, ſi manifeſtum conuicium fratri intulerit; ſi perſonam innocentem falſò crimine maculauerit; ſi contumaci animo Seniorem deſpexerit; ſi rancorem aduerſus fratrem habuerit; ſi peccanti in ſe, & poſtea ſupplicanti veniam non conceſſerit; ſi cum paruulis iocauerit, riſerit, vel eos oſculatus fuerit; ſi cũ altero in vno lecto iocauerit; ſi rei maioris damnum intulerit; ſi furatus fuerit, ſi periurauerit; ſi extra cõmunem menſam priuatim, vel furtim quidpiam ſumpſerit; ſi alicubi extra conſultum Præpoſiti, vel Abbatis diſcedẽs, medio die, vel amplius commoratus fuerit; ſi, vt otioſus ſit, falſam infirmitatẽ prætenderit. Hæc, & his ſimilia iuxta arbitrium Patris diuturna excommunicatione purganda ſũt, & flagellis emendanda; vt qui grauiùs peccaſſe noſcuntur, acriori ſeueritate coerceantur; conſideratis tamen perſonis, qui ſint humiles, quiue ſuperbi.

De Excommunicatione.

Cap. XVIII.

A*D excommunicatum nulli licebit ingredi citra imperiũ Senioris. Cum excommunicato neque loqui cuilibet licebit. Cum excommunicato nulli penitus veſci liceat, ne ipſi quidem, qui alimenta victui præbet.*

De

p. XXVIII. De his, qui ſæpius correcti non ſe emendauerint. §. Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit, &c.

HInc Iſidorus ait: Qui graui vitio ſæpe excõmunicatus, ‥gligit emendare, [t] tamdiu dãtioni ſubiaceat, quouſque vi‥ [u] ſolita deponat; vt quem ſe‥l illata animaduerſio non ‥rcuit, frequens ſeueritas cen‥t emendandum. Quamuis fre‥entium, & [x] grauiſſimorum ‥agine ſit quiſque immerſus, ‥eſt tamen a monaſterio proij‥ndus, ſed iuxta qualitatem ‥licti coercendus; ne fortè qui ‥terat per diuturnam pœnitu‥iem emendari, ſi proijciatur, ‥ diaboli deuoretur.

‥.xxx. de pueris minoris ætatis, qualiter corripiantur. ‥deoq. quotiens pueri, &c.

HInc Iſidorus ait: In minori ætate conſtituti, non ſunt ‥rcendi ſententia excommu‥ationis: ſed pro [y] qualitate ‥gligentiæ, emendandi ſunt pla‥; vt quos ætatis infirmitas a ‥pa non reuocat, flagelli diſci‥na compeſcat. Illi verò fratres ‥t quindecim annos ætatis va‥ent, [z] ſi ſatis grauem, aut fur‥ugacis, aut criminaliter ali‥um culpam commiſerint.

‥. XXXI. Qualis debeat eſſe Cellerarius monaſterij. ‥lerarius monaſterij eligatur, &c.

‥Inc Iſidorus ait: [a] Nihil pro-
deſt

De culpa indulgenda, vel culpati correctione. Cap. XVI.

QVi pro graui vitio ſæpe excommunicatus, emendari neglexerit, tamdiu damnationi ſubiaceat, quouſque vitia inolita deponat; vt quem ſemel illata animaduerſio non coercuit, frequens ſeueritas cenſeat emendandum. Quamuis frequentium, grauiorũque vitiorum voragine ſit quiſquam immerſus, non tamen eſt a monaſterio proijciendus, ſed iuxta qualitatem coercendus; ne fortè qui poterat per diuturnam pœnitudinem emendari, dum proijcitur, orè diaboli deuoretur.

De Excommunicatione. Cap. XVIII.

IN minori verò ætate conſtituti, non ſunt coercendi ſententia excommunicationis: ſed pro qualitate negligentiæ congruis affligendi ſunt plagis; vt quos ætatis infirmitas a culpa non reuocat, flagelli diſciplina compeſcat. Excommunicati autem ab ijs locis, quibus fuerint conſtituti, ante pœnitentiæ tempus expletum, prohibeantur progredi.

Digitized by Google

deſt omnem ſcire ſapientiam cũ
ignorantia Dei ; & nihil obeſt
ſcientibus Deum , ignorantia
mundi . Perfectè autem ſcit , qui
Dominum prius : & iſta non pro
ſe, ſed [b] pro Deo ſcit . Corona
Eccli.1. ſapientiæ timor Domini eſt ; Et,
Pſal.110. Initium ſapientiæ , & radix ſa-
pientiæ timor Domini. Timeat
ergo Cellerarius Dominum, &
animam ſuam præparet ad exci-
piendam ſapientiam , vt ſapien-
ter,& piè, & iuſtè viuens,cum
ipſa ſapientia Regna mereatur
poſſidere perpetua. Sic enim ſcri
Sap. 6. ptum eſt:Qui cuſtodierit illam,
iuſtificabitur ab ea: & facilè vi-
debitur ab his , qui diligunt eã .
Ibid. Scriptum eſt enim: Concupiſcen
tia ſapientiæ deducit hominem
ad Regna perpetua . Propterea
Sap.7. ait Salomon : Optaui , & datus
eſt mihi ſenſus : & inuocaui , &
venit in me ſpiritus ſapientiæ: &
præpoſui illam regnis , & ſedi-
bus , & diuitias nihil eſſe duxi in
comparatione illius:nec compa-
raui illi lapidem pretioſum,quo-
niam omne aurum in compara-
tione arena eſt exigua , & tam-
quam lutum æſtimabitur argen-
tum in conſpectu illius . Super
ſalutem, & ſpeciem dilexi illam,
& propoſui pro luce habere illã.
Eſt enim in ſapientia ſanctus
intellectus , vnicus , multiplex ,
omnem habens virtutem , om-
nia proſpiciens , candor lucis æ-
ternæ.Eſt enim ſpecioſior ſole,&
ſuper omnem ſtellarum diſpoſi-

tio-

Digitized by Google

onem luci comparata inueni-
r:prior luci enim ſuccedit nox.
ıpientia facit ſtabiles in fide,
rtos in verbo, dulces in elo-
iio,hilares in dato,in miſericor
a humanos, in reſpondendo
ıues, in diſcernendo ſagaces,
proſperitate mites,in aduerſi-
e ſecuros,auctos in ſenſu, lu
los in facto, candidos in vul-
fortes in conflictu.

p. xxxii. De Ferramentis Monaſterij.

Si quis autem ſordidè, &c.

Inc S. Iſidorus ait: Cuſto-
dia ferramentorum ad vnũ,
em Pater monachorum ele-
it,pertinebit: qui ea operan-
ıs tribuat, recepta cuſtodiat.
licet hæc cuncta ordinata,ſin
is maneant diſtributa; omnia
ıen a Patre Monaſterij ordi-
a, ad curam Præpoſiti perti-
unt.

. xxxvi. de Infirmis fratri ius.

Qui tamen patienter portandi unt, &c.

Inc S. Iſidorus ait: Qui ſani
ſunt, infirmos tolerare de-
t; qui autem infirmi ſunt, ſa-
, & laborantes anteponendos
non dubitent. Qui ſani ſunt
ore,ſani debent eſſe & men-
Et ideo conuenit ſanis infir-
portare, & magis quàm ab
mis portari. Neceſſe eſt e-
, vt patienter portemus infir-
, vt iterum infirmi patienter
emur a ſanis. Tempore enim
in-

Quid ad quem pertineat. Cap. xx.

INſtrumentorum, & ferramentorum cuſtodia, ad vnum, quem Pater monachorum elegerit, pertinebit: qui ea operantibus attribuat, receptaq. cuſtodiat: & licet hæc cuncta ſpecialiter ſingulis maneant diſtributa; omnia tamen a Patre ordinata, ad curam Præpoſiti pertinebunt.

De Infirmis. Cap. xxi.

QVi enim ſani ſunt, infirmos tolerare debent; qui autem infirmi ſunt, ſanos, & laborantes anteponendos ſibi non dubitent. Nullum oportet, vel veram corporis infirmitatem celare, vel falſam prætendere.

Digitized by Google

nus vocanturquia Angelorum vocabulo [c] exprimunt, qui exterius miniſtrabant: & appellatione Domini oſtenditur, qui eis interius præerat: vt per hoc præſidentis imperium, & per illud clareſceret officium miniſtrantium. Aliquando cæleſtibus ſubſtantijs per Ange-
Matth. 13. & 17. los loquitur Deus;ſicut baptizato Domino ſcriptum eſt: Quia de nube vox ſonuit dicens: Hic eſt filius meus dilectus,in quo [d] mihi complacui. Aliquando terrenis ſubſtantijs per Angelos loquitur
Num. 22. Deus;ſicut cum Balaam corripuit, in ore aſinæ humana verba formauit. Aliquando ſimul terrenis, & cæleſtibus ſubſtantijs per An-
Exod. 3. gelos loquitur Deus; ſicut ad Moyſen in monte cum iuſſionis ſuæ verba dedit,ignem, rubumq. ſociauit: atque aliud ſuperius, aliud inferius iunxit: quod tamen tunc ſolùm agitur, cum ex ipſa aliquid coniunctione ſignatur. Nam per ſuccenſum rubum Moyſen alloquens,quid aliud oſtendit,niſi quòd [e] eius populi ductor fieret, qui & Legis flammam perciperet: & tamen [f] peccati pœnam nequaquã vitaret? Vel quòd ex illo populo exiret,qui igne Deitatis,carnis noſtræ peccata,quaſi [g] rubi ſpinas abſumeret: & inconſumptam humanitatis noſtræ ſubſtantiam,etiam in ipſa [h] diuinitatis flamma ſeruaret? Nonnumquam verò humanis cordibus etiã per Angelos Deus ſecreta eorum præſentia virtutem ſuæ aſpirationis infundit. Vnde
Zach. 2. Zacharias ait: Dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me. Dum ad ſe quidem, ſed tamen in ſe loqui Angelum dicit, liquidò oſtendit: quòd is, qui ad ipſum verba [i] fecerat per corpoream ſpeciem extra non eſſet. Vnde & paulò poſt ſubdidit: Et ecce Angelus, qui loquebatur in me,egrediebatur. Sæpè enim non exterius apparent, ſed [k] ſicut Angelici Spiritus voluntatem Dei Prophetarum ſenſibus innoteſcunt: atque ita eos ad ſublimia ſubleuant, & quæque in rebus futura ſunt,in cauſis [l] originalibus præſentia demonſtrant. Humanũ namque cor ipſe carnis corruptibilis põdere grauatũ,hanc ipſam [m] corpulentiam ſuam quaſi obicem ſuſtinens,interna non penetrat: & graue exterius iacet,quia leuantem manum interius non habet. Vnde fit, ſicut dictum eſt,vt Prophetarum ſenſibus ipſa, [n] vt eſt,ſubtilitas Angelicæ virtutis appareat:eorumq. mens quo [o] ſubtili ſpiritu tangitur,leuetur,& non iam pigra, torpenſq. in ima iaceat: ſed repleta intimis afflatibus, ad ſuperna conſcendat, atque inde quaſi de quodam rerum vertice, quæ infra ſe ventura ſunt, videat. Per [p] Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,qui cum Patre, & Spiritu ſancto,viuit,& regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Explicit.

Digitized by Google

Conſtantini, Abbatis Caietani, in Sermonem S. Iſidori Hiſpalenſis de Sanctis Angelis, Notæ, et variæ lectiones.

IN vno, aut altero ex vetuſtioribus MSS. Lectionarijs Bibliothecæ Caſinenſis, ſign. num. 75. & 136. ac in duobus Bibliothecæ Vaticanæ Codicibus, ſign. num. 1296. & 3836. extat ſermo hic Iſidori de Sanctis Angelis, in quibus tamen S. Michaeli Archangelo tantummodò inſcriptus eſt. Reuera theſaurum cenſeo, quidquid de reliquijs Operum Iſidori Hiſpalenſis erui poteſt: de eo enim hic ſolùm cogito: nam vt Iſidoro Cordubenſi, vel Iſidoro Pacenſi tribuam, nec ſuſpicari volo. Iſidori namque nomine, non eodem tempore, tres in Hiſpania viros, eruditionis, & probitatis opinione excellentes, extitiſſe conſtat: Iſidorum Cordubenſem Epiſcopum, cui ob antiquitatem Senioris cognomentum eſt, vixitq. temporibus Honorij Imp. Iſidorum Hiſpalenſem, cuius actiones iam explicuimus: poſtremò Iſidorum Pacenſem, qui quòd duobus fuit ætate poſterior (vixit enim longè poſt Hiſpalenſem) Iunioris cognomen tulit: tametſi Iſidorus Hiſpalenſis a Cordubenſi ea appellatione nonnumquam ſecerni conſueuerit. Ne te, Lector, idem cognomen in errorem mittat, caue.

Tres in Hiſpania Iſidori.

a *Sermo S. Iſidori Epiſcopi, de Sanctis Angelis.* Sed MS. Bibliothecæ Vaticanæ ſign. num. 1269. quem deinceps Maiorem appellabimus, legit: *Sermo Yſidori Epiſcopi, in S. Michaelis Archangeli.* Alter tamen eiuſdem Bibliothecæ MS. litteris ferè Romanis, vt dicunt, maiuſculis, & antiquior, ſign. num. 3836. quem a forma Minorem dicemus, ſic habet: *Incipit* Sermo S. *Hiſydori in* S. *Archangeli.* In vtroque MS. eſt in tres partes, ſeu lectiones, vti ſolitus erat legi ad nocturnas horas, diſtinctus. I. *Angelorum nomen officij eſt.* II. *Nonnumquam verò.* III. *Aliquando per Angelos.*

b *Diabolus numquam cecidiſſet.* ſic Maior; Minor autem: Diabolus non vtique cecid.

c *Ipſe fecit figmentum.* Minor, Ipſe ſcit figm.

d *Sanctitatis perſeuerantiam, & beatitudinis.* Min. & beatitudinem.

e *Subminiſtrant igitur, aliorumq. præceptis obediunt, atque iuſſis.* Min. Subminiſtrant igitur alij aliorum præceptis, atque obediunt iuſſis.

f *Angelus ab Angelo mittitur.* Min. Angelus Angelum mittit.

g *Ad quorum comparationem.* Min. Et quorum comparatione.

h *Quia non qu Dei, ſed quæ ſua ſunt.* Maior, Quia non quod Dei, ſed quæ ſua ſunt.

i *Id eſt, ſubtilitate naturæ.* Maior vitioſè habet, Subtilitate creaturæ.

K *Reuelatione ſuperiorum poteſtatum.* Min. Superiorum poteſtat.

l *Ex cæleſti elemento induunt.* Min. inducunt.

m *Angeli contuentur, & vident.* Min. non habet, & vident.

n *Deſiderantes ſatiantur.* Min. Deſiderant, & ſatiantur.

o *Homo adhuc nondum tranſierat.* In Maiori ea vox, adhuc, abeſt.

p *Ioanni Angelum ſalutanti.* Min. malè tamen, Ioanne Angelo ſalutanti.

QVæ

Digitized by Google

futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur; [b] ita vnuſquiſque impius pro quantitate facinorum condemnabitur. Nec deerit in ſupplicio [c] futuræ damnationis ordo, ſed iuxta qualitatem criminum, [d] diſcuſſio erit pœnarum.

Grad.V.Humilit.S.Et item dicit: Confitemini Domino, quoniam bonus,&c.

HInc S. Iſidorus ait: [e] Confeſſio iſta ad medicinam animæ facta eſt, ſed hoc quoque ad præconia Domini pertinere, non dubiũ eſt. Quanto maior eſt gloria pietatis parcere confitẽti, quã iubenti ſine cõfeſſione præſtare? Et ne aliquis de culparum ſuarum numeroſitatibus terreretur, addidit: Quoniam bonus. Quis enim dubitet ad eum recurrere,quẽ ſibi audit celerrimè ſubuenire?Quoniã in ſæculum miſericordia eius. Audito bono Domino,ne ſe humana negligentia ab ſtudiorum,& ſedula ſupplicatione ſuſpenderet, remedij causã dicit,vt ad confeſſionem Domini celerem debeat feſtinare. Sæculum autem vitæ huius ſignificat curſum,vbi miſeri ſunt quicumq. delinquunt: vbi fas eſt corda noſtra conuerti, & miſericordiam poſtulari. Ibi enim damnatio eſt confiteri peccatum,vbi iam conſtat eſſe iudicium. Pſal.105.

Cap.xxij. Quomodo dormiãt monachi. Singuli p ſingula lecta,&c.

HInc [f] S. Iſidorus ait: Lux dormien-

Cap. XIII. De Stramentis.

L*Vx autem nocte dormientium*

H lo-

mientium locũ illuminet, vt depulſis tenebris, teſtimonium pateat ſingularis quietis. Monachi ſtratus g nulla turpi cogitatione verſetur, ſed in h ſola cogitatione Dei. Accubans, requiem corporis, & quietem habeat cordis, cogitationeſq. prauas a ſe repellat; bonis i oblectis, turpes a ſe reijciat. Nam animi motus imaginibus ſuis agitur: & qualis vigilãti cogitatio fuerit, talis & imago per ſoporem k occurrit.

§. *Si poteſt fieri, omnes in vno loco dormiant, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Fratres omnes, ſi poſſibile eſt, in vno conclaui commorari decet. Quod ſi difficile fuerit, certè vel decẽ, quibus l vnus eſt præponendus Decanus, quaſi rectus cuſtos.

Cap. xxiv. Qualis debeat eſſe modus excommunicationis.

§. *Si quis tamen frater in leuioribus culpis inuenitur, &c.*

LEuioris culpæ reus eſt (vt ait S. Iſidorus) qui otioſus m eſſe cupit; qui ad officium, vel ad collationem, vel ad menſam n tardiùs venerit; qui in choro riſerit; qui o fabulas dilexerit; qui relicto officio, vel opere, extra neceſſitatis causã, foris diſceſſerit; qui torporem, & ſomnum amauerit; qui ſæpius iurauerit; qui multiloquus fuerit; qui miniſterium cuiuſlibet operis iniunctum ſibi, ſine benedictione ſuſceperit; aut peracto opere benedictioné minimè poſtulauerit; qui in-

locum illuminet, vt depulſis tenebris teſtimonium pateat ſingularis quietis. Stratus monachi in nulla turpi cogitatione verſetur, ſed in ſola contemplatione Dei. Accubans, & requiem corporis, & quietem habeat cordis, cogitationeſq. prauas a ſe repellat; bonaſq. amplectens, turpes a ſe reijciat. Nam animi motus imaginibus ſuis agitatur: & qualis vigilantis cogitatio fuerit, talis & imago per ſoporem occurrit.

Cap. XIII. de Stramentis.

F*Ratres quoque omnes, ſi poſſibile eſt, in vno conclaui commorari decet. Quod ſi difficile fuerit, certè vel decem, quibus vnus eſt præponendus Decanus, quaſi rector, & cuſtos.*

Cap. XVII. De Delictis.

L*Euioris culpæ reus eſt, qui otioſus eſſe dilexit; qui ad officiũ, vel ad collationem, vel ad menſã tardiùs venerit; qui in choro horis riſerit fabuliſue vacauerit; qui relicto officio, vel opere, extra neceſſitatis cauſam foras diſceſſerit; qui torporem, aut ſomnum amauerit; qui ſæpius iurauerit; qui multiloquus fuerit; qui miniſteriũ cuiuſlibet operis iniunctũ ſibi ſine benedictione ſuſceperit, aut perfecto opere benedictionem minimè poſtulauerit; qui iniunctum opus negligẽter, vel tardiùs expleuerit; qui caſu ali-*

Digitized by Google

iniunctum ſibi opus, negligenter, aut tardius expleuerit; qui caſu vas aliquod fregerit; qui damnum rei paruæ intulerit; qui codice negligenter vſus fuerit; qui alicubi ad momentum ſeceſſerit; qui occultè litteras ab alio, vel quælibet munuſcula acceperit; vel quemlibet parentum, ſeu ſæcularium, ſine iuſſione Senioris aut viderit, aut cum eo locutus fuerit; qui Seniori inobediẽs fuerit; qui contumaciter Seniori reſponderit; qui erga Seniorẽ linguam non repreſſerit; qui laſciuus in lingua fuerit; qui inhoneſtè inceſſerit; qui iocauerit; qui ſatis riſerit; qui illuſionem nocturnam Patri non patefecerit. Hæc, & his ſimilia, triduana excommunicatione emendanda ſunt.

Cap. xxv. De grauioribus culpis.

S. *Is autem frater, qui grauioris culpæ, &c.*

DE hoc S. Iſidorus ait: Grauioris culpæ obnoxius eſt, ſi temulẽtus quiſque ſit, ſi diſcors, ſi turpiloquus, [p] ſi mente tumidus, ſi iactans, ſi inceſſu immoderatus, detractor, ſuſurro, inuidus, præſumptor rei peculiaris, pecuniæ contagio implicatus; ſi aliquid, præter regularem diſpenſationem, ſuperfluum poſſidens; ſi fraudator rei publicæ, aut commiſſæ ſibi, aut minus commiſſæ. Inter hæc, ſi ſe de rebus ſecum allatis extollerit: vel de his per inobedientiam murmurauerit; ſi rei ma-

aliquid fregerit; qui damnum rei parua intulerit; qui codice negligenter vſus fuerit; qui alicubi ad momentum ſeceſſerit; qui occultè ab aliquo litteras, vel quodlibet munus acceperit: vel epiſtolam ſuſcipiens, ſine Abbatis conſenſu, reſcripſerit: vel quemlibet parentum, ſeu ſæcularium, ſine iuſſu Senioris aut viderit, aut cum eis locutus fuerit; qui Seniori inobediẽs fuerit; qui contumaciter Seniori reſponderit; qui erga Seniorẽ linguam non repreſſerit; qui laſciuus in lingua fuerit; qui inhoneſtè inceſſerit; qui iocauerit; qui ſatis riſerit; qui cum excommunicato locutus fuerit, orauerit, aut comederit; qui illuſionem nocturnam Patri nõ patefecerit. Hæc igitur, & his ſimilia, triduana excommunicatione emendanda ſunt.

Cap. xvii. De Delictis.

*GRauioris autem culpæ obnoxius eſt, ſi temulentus quiſquã ſit, ſi diſcors, ſi turpiloquus, ſi fœminarum familiaris, ſi ſeminans diſcordias, ſi iracundus, ſi alta & erecta ceruicis, ſi mente tumidus, vel iactanti inceſſu immoderatus, ſi detractor, ſi ſuſurro, vel inuidus, ſi præſumptor rei *peculiaris, ſi pecuniæ cõtagio implicitus, ſi aliquid præter regularem diſpenſationem ſuperfluũ poſſidens, ſi fraudator rei acceptæ, aut commiſſæ ſibi, aut minus commiſſæ. Inter hæc, ſi de rebus ſe-*

* familiaris.

maiori damnum intulerit ; ſi furauerit, ſi periurauerit, ſi falſum teſtimonium dixerit ; ſi contentiones,aut rixas amauerit; ſi manifeſtum conuitium fratri intulerit;ſi perſonam innocentis falſo crimine maculauerit ; ſi contumaci animo Seniorẽ deſpexerit; ſi rancorem aduerſus fratrem tenuerit ; ſi peccanti in ſe, & poſtea ſupplicanti,veniam non cõceſſerit ; ſi cum paruulo iocauerit,riſerit,vel eũ oſculatus fuerit, vel adulterauerit , vel polluerit ; ſi cum altero in vno lecto iacuerit ; ſi extra communem menſam priuatim , vel furtim quidpiam ſumpſerit ; ſi alicubi extra conſultum Abbatis , vel Præpoſiti diſcedens, medio die,vel amplius remorauerit ; ſi , vt otioſus ſit,falſam infirmitatem prætenderit. Hæc,& his ſimilia, iuxta arbitrium Patris diuturna excõmunicatione purganda ſunt ; vt qui grauiter peccaſſe noſcuntur, acriori ſeueritate coerceantur.

Cap.XVI. De his,qui ſine iuſſione Abbatis,iunguntur excommunicatis.

S.*Si quis fratrem præſumpſerit ſine iuſſione Abbatis, &c.*

HInc S. Iſidorus ait : Ad excommunicatum nulli liceat ingredi [q] ſine Maioris imperio. [q] 11.quæſ.3. Cum excommunicato neque orare,neque loqui [r] cuique liceat. Cũ excõmunicato nulli penitus veſci liceat;nec ipſi quidem [ſ] qui alimentum,& victum ei præbet.

Cap.

ſecum allatis extulerit , vel de iis per inobedientiam murmurauerit; ſi falſum dixerit ; ſi contentiones,vel rixas amauerit , ſi manifeſtum conuicium fratri intulerit ; ſi perſonam innocentem falſo crimine maculauerit ; ſi contumaci animo Seniorem deſpexerit ; ſi rancorem aduerſus fratrem habuerit; ſi peccanti in ſe , & poſtea ſupplicanti veniam non conceſſerit; ſi cum paruulis iocauerit , riſerit,vel eos oſculatus fuerit; ſi cũ altero in vno lecto iocauerit; ſi rei maioris damnum intulerit; ſi furatus fuerit, ſi periurauerit; ſi extra cõmunem menſam priuatim, vel furtim quidpiam ſumpſerit; ſi alicubi extra conſultum Præpoſiti,vel Abbatis diſcedẽs,medio die, vel amplius commoratus fuerit ; ſi,vt otioſus ſit,falſam infirmitatẽ prætenderit. Hæc, & his ſimilia iuxta arbitrium Patris diuturna excommunicatione purganda ſũt, & flagellis emendanda ; vt qui grauiùs peccaſſe noſcuntur, acriori ſeueritate coerceantur; conſideratis tamen perſonis , qui ſint humiles,quiue ſuperbi .

De Excommunicatione.

Cap. XVIII.

A*D excommunicatum nulli licebit ingredi citra imperiũ Senioris. Cum excommunicato neque loqui cuilibet licebit . Cum excommunicato nulli penitus veſci liceat , ne ipſi quidem , qui alimenta victui præbet.*

De

Cap. XXVIII. De his, qui ſæpius correcti non ſe emendauerint.

§. Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit, &c.

HInc Iſidorus ait: Qui graui vitio ſæpe excōmunicatus, negligit emendare, [t] tamdiu dānationi ſubiaceat, quouſque vitia [u] ſolita deponat; vt quem ſemel illata animaduerſio non coercuit, frequens ſeueritas cenſeat emendandum. Quamuis frequentium, & [x] grauiſſimorum voragine ſit quiſque immerſus, nō eſt tamen a monaſterio proijciendus, ſed iuxta qualitatem delicti coercendus; ne fortè qui poterat per diuturnam pœnitudinem emendari, ſi proijciatur, ore diaboli deuoretur.

Cap. XXX. de pueris minoris ætatis, qualiter corripiantur.

§. Ideoq. quotiens pueri, &c.

HInc Iſidorus ait: In minori ætate conſtituti, non ſunt coercendi ſententia excommunicationis: ſed pro [y] qualitate negligentiæ, emendandi ſunt plagis; vt quos ætatis infirmitas a culpa non reuocat, flagelli diſciplina compeſcat. Illi verò fratres poſt quindecim annos ætatis vapulent, [z] ſi ſatis grauem, aut furti fugacis, aut criminaliter aliquam culpam commiſerint.

Cap. XXXI. Qualis debeat eſſe Cellerarius monaſterij.

Cellerarius monaſterij eligatur, &c.

HInc Iſidorus ait: [a] Nihil prodeſt

De culpa indulgenda, vel culpati correctione. Cap. XVI.

QVi pro graui vitio ſæpe excommunicatus, emendari neglexerit, tamdiu damnationi ſubiaceat, quouſque vitia inolita deponat; vt quem ſemel illata animaduerſio non coercuit, frequens ſeueritas cenſeat emendandum. Quamuis frequentium, grauiorūque vitiorum voragine ſit quiſquam immerſus, non tamen eſt a monaſterio proijciendus, ſed iuxta qualitatem coercendus; ne fortè qui poterat per diuturnam pœnitudinem emendari, dum proijcitur, ore diaboli deuoretur.

De Excommunicatione. Cap. XVIII.

IN minori verò ætate conſtituti, non ſunt coercendi ſententia excommunicationis: ſed pro qualitate negligentiæ congruis affligendi ſunt plagis; vt quos ætatis infirmitas a culpa non reuocat, flagelli diſciplina compeſcat. Excommunicati autem ab ijs locis, quibus fuerint conſtituti, ante pœnitentiæ tempus expletum, prohibeantur progredi.

Digitized by Google

deſt omnem ſcire ſapientiam cũ ignorantia Dei; & nihil obeſt ſcientibus Deum, ignorantia mundi. Perfectè autem ſcit, qui Dominum prius: & iſta non pro ſe, ſed [b] pro Deo ſcit. Corona
Eccli.1. ſapientiæ timor Domini eſt; Et,
Pſal.110. Initium ſapientiæ, & radix ſapientiæ timor Domini. Timeat ergo Cellerarius Dominum, & animam ſuam præparet ad excipiendam ſapientiam, vt ſapienter, & piè, & iuſtè viuens, cum ipſa ſapientia Regna mereatur poſſidere perpetua. Sic enim ſcri
Sap. 6. ptum eſt: Qui cuſtodierit illam, iuſtificabitur ab ea: & facilè videbitur ab his, qui diligunt eã.
Ibid. Scriptum eſt enim: Concupiſcentia ſapientiæ deducit hominem ad Regna perpetua. Propterea
Sap.7. ait Salomon: Optaui, & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ: & præpoſui illam regnis, & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius: nec comparaui illi lapidem pretioſum, quoniam omne aurum in comparatione arena eſt exigua, & tamquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Super ſalutem, & ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro luce habere illã. Eſt enim in ſapientia ſanctus intellectus, vnicus, multiplex, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, candor lucis æternæ. Eſt enim ſpecioſior ſole, & ſuper omnem ſtellarum diſpoſi-

Digitized by Google

tionem luci comparata inuenitur:prior luci enim ſuccedit nox. Sapientia facit ſtabiles in fide, certos in verbo, dulces in eloquio, hilares in dato, in misericordia humanos, in reſpondendo ſuaues, in diſcernendo ſagaces, in proſperitate mites, in aduerſitate ſecuros, auctos in ſenſu, lucidos in facto, candidos in vultu, fortes in conflictu.

Cap. xxxii. De Ferramentis Monaſterij.

§. *Si quis autem ſordidè, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Cuſtodia ferramentorum ad vnũ, quem Pater monachorum elegerit, pertinebit: qui ea operantibus tribuat, recepta cuſtodiat. Et licet hæc cuncta ordinata, ſingulis maneant diſtributa; omnia tamen a Patre Monaſterij ordinata, ad curam Præpoſiti pertinebunt.

Cap. xxxvi. de Infirmis fratribus.

§. *Qui tamen patienter portandi ſunt, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Qui ſani ſunt, infirmos tolerare debent; qui autem infirmi ſunt, ſanos, & laborantes anteponendos ſibi non dubitent. Qui ſani ſunt corpore, ſani debent eſſe & mente. Et ideo conuenit ſanis infirmos portare, & magis quàm ab infirmis portari. Neceſſe eſt enim, vt patienter portemus infirmos, vt iterum infirmi patienter portemur a ſanis. Tempore enim in-

Quid ad quem pertineat. Cap. xx.

INſtrumentorum, & ferramentorum cuſtodia, ad vnum, quem Pater monachorum elegerit, pertinebit: qui ea operantibus diſtribuat, receptaq. cuſtodiat: & licet hæc cuncta ſpecialiter ſingulis maneant diſtributa; omnia tamen a Patre ordinata, ad curam Præpoſiti pertinebunt.

De Infirmis. Cap. xxi.

QVi enim ſani ſunt, infirmos tolerare debent; qui autem infirmi ſunt, ſanos, & laborantes anteponendos ſibi non dubitent. Nullum oportet, vel veram corporis infirmitatem celare, vel falſam prætendere.

Digitized by Google

infirmitatis eorum copioſam mercedem prouidendo conquiramus ab illis; vt & illi tempore infirmitatis noſtræ copioſam mercedem ſeruiendo conquirãt de nobis. Hinc Apoſtolus: Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis Legem Chriſti. Galat. 6.

§. *Balneorum vſus infirmis, &c.*

HInc S. Iſidorus ait:[d] Lauacra nulli fratri ſtudio lauandi corporis adeundi liceat, niſi tantùm pro neceſſitate languoris: nec differendum eſt propter medelam, ſi expedit: nec murmurãdum eſt, quia non fit pro appetitu[e] voluntatis, ſed pro remedio tantùm ſalutis. Pro cura medẽdi, balneorum vſus ſummo adhibeatur ſtudio; ſanis verò, & præcipuè iuuenculis tardiùs concedatur.

Cap. XXXVII. De Senibus, vel infantulis.

§. *Conſideretur ſemper in eis imbecillitas, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Hi, qui vetuſtate corporis conſumpti, aut teneræ ætatis[f] fragilitate detenti ſunt, non ſunt quotidianis exercendi ieiunijs; ne aut[g] ſenilis ætas, antequam moriatur, deficiat: aut creſcens priuſquam proficiat, cadat: & ante deficiat, & intereat, quàm bonum facere diſcat.

Cap. XXXIX. De menſura ciborũ.

§. *Sufficere credimus ad refectionem, &c.*

HInc Iſidorus ait: In vtriſque tem-

De Infirmis. Cap. XXI.

L*Auacra nulli monacho adeunda ſtudio lauandi corporis, niſi tantummodò propter neceſſitatẽ languoris, & nocturnam pollutionem. Nec differendum eſt propter medelam, ſi expedit; nec murmurandum eſt, ſi fiat; quia non fit pro appetitu voluptatis, ſed pro remedio tantùm ſalutis.*

De Ieiunio. Cap. XI.

H*I autem, qui vetuſtate corporis conſumpti, aut teneræ ætatis fragilitate detenti ſunt, non ſunt quotidianis ieiunijs exercendi; ne aut ſeneſcens ætas antequã moriatur, deficiat: aut creſcens priuſquam proficiat, cadat: & ante intereat, quàm bonum facere diſcat.*

De Menſis. Cap. IX.

I*N vtriſque temporibus refectio*

Digitized by Google

temporibus refectio menſæ [i] ſit tribus pulmentis, olerum, leguminum, & ſi quid [k] tertium fuerit pomorum. Feſtis verò diebus, ternis, vel quaternis ferculis ſunt corpora reficienda: ſic tamen, vt pluriora ſunt cibaria, numero ſint minora; vt & corpora neceſſario cibo reficiantur, non nimia ſaturitate damnentur. Quãdo in mẽſa cibus adminiſtratur, nullus prius cibum comedat, quã ſignum ad benedicendum inſonet: & cum ſignum audierint, vna voce benedictionem poſtulent, & data, ſic comedant. Illud præcipuè decernimus, vt nullus ex menſura ſua vel accipere ab altero præſumat, vel dare, præter Abbatem, vel Præpoſitum, cui ab Abbate commiſſum eſt.

Cap. xli. Quibus horis oporteat reficere Fratres.

§. A ſancto Paſcha vſque ad Pentecoſten ad ſextam reficiant Fratres, & ad ſeram cœnent.

HInc B. Iſidorus ait: [l] Hæ ſunt feriæ Monachorum, in quibus ieiunia conquieſcunt: in primis venerabilis dies Dominicus nomini Chriſti dicatus, qui ſicut propter myſterium Reſurrectionis eius ſollemnis eſt, ita & apud omnes ſeruos eius celebritatem conuiuij votiuo gaudio retinebit. Item a prima die Paſchæ vſque ad Pentecoſten, ita ſcilicet continuis diebus ieiunium a ſãctis Patribus diſſolutum eſt, propter Reſurrectionem videlicet Chri-

ctio menſa tribus erit pulmentis, olerum ſcilicet, & leguminum, & ſi quid tertium fuerit, id eſt, pomorum.

De Ferijs. Cap. x.

HAe ſunt feriæ Monachorum, in quibus ieiunia cõquieſcũt. In primis venerabilis dies Dominicus nomini Chriſti dicatus. Qui ſicut propter myſterium Reſurrectionis eius ſollemnis eſt, ita & apud omnes ſeruos eius celebritatẽ conuiuij votiuo gaudio retinebit. Item a primo die Paſchæ uſque ad Pentecoſten, quinquaginta ſcilicet quotidianis diebus, ieiuniũ a ſanctis Patribus diſſolutum eſt: propter Reſurrectionem uidelicet Chriſti, & aduentum Spiritus ſan-

Chriſti, & aduentum Spiritus ſancti: vt hi dies non in figura laboris, quod Quadrageſimæ tempus ſignificat, ſed in quiete lætitiæ laxatis ieiunijs celebrentur.

§. *A Pentecoſte autem tota æſtate, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Secundum ieiunium interdianum poſt Pentecoſten alia die inchoatum, vſque ad æquinoctium autumnale protenditur: ternis ſcilicet diebus per ſingulas hebdomadas, propter æſtiuum ſolis ardorem.

§. *In Quadrageſima verò vſque ad Paſcha, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Primum Quadrageſimæ ieiunium quotidianum, [m] in quo maioris abſtinentiæ obſeruatio manebit in monachis; quando non ſolùm a prandijs, ſed etiam a vino; [n] & oleo abſtineant. Quod veſpere reficiunt, ipſius Domini imitantur exemplum: qui non prandiſſe, ſed cœnaſſe legitur; cum dicit Scriptura: Veſpere autem facto, recubuit Ieſus cum duodecim Diſcipulis. [o] Nam ideo ad Nonam vniuerſis diebus conſtituta ſunt ſolui ieiunia, vt ſit aliquid prolixius, quod Quadrageſimæ diebus addant, id eſt, vſque ad veſperam.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.

Cap. xlIII. De his, qui ad opus Dei, & ad menſam tardè occurrunt.

§. *Ad menſam autem, qui ante* ver-

ſancti: ut hi dies non in figura laboris, quod Quadrageſimæ tempus ſignificat, ſed in quiete lætitiæ laxatis ieiunijs celebrentur.

De Ieiunio. Cap. xI.

SEcundum ieiuniū interdianum poſt Pentecoſten alia die inchoatum, uſque ad æquinoctium autumnale protenditur: ternis ſcilicet diebus per ſingulas hebdomadas, propter æſtiuos ſolis ardores, ieiunium celebratur.

De Ieiunio. Cap. xI.

PRimum ieiunium Quadrageſimæ quotidianum, in quo maior abſtinentiæ obſeruantia manebit in monachis: quando non ſolùm a prandijs, ſed etiam a vino, & oleo abſtinent.

Digitized by Google

verſum non occurrerit, &c.

HInc Iſidorus dicit: Qui ad menſam tardiùs venerit, aut pœnitentiam agat, aut ieiunus ad ſuum opus, vel cubile recurrat.

Cap. xlIIII. De his, qui excommunicantur, quomodo ſatisſciant.

S. *Qui dum iuſſus ab Abbate uenerit, &c.*

HInc Iſidorus ait: Satisfactio delinquentium hæc eſt: peracto [p] pœnitentiæ tempore, vocatus veniat, humo proſtratus iaceat, iuſſus ab Abbate de terra conſurgat, ſurgens, [q] omnibus de negligentia veniam poſcat; adepturus indulgentiam, poſt huius emendatoriæ ſatisfactionis cenſuram.

Cap. xlvIII. De Opere manuum quotidiano.

S. *Et ideo certis temporibus, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Proprijs temporibus oportet operari Monachum, & [r] proprijs orationi, lectioniq. incumbere. Horas enim debet habere congruas, & ad ſingula officia deputatas. Partes autem temporum [t] ſuisq. operibus taliter deputantur: Aeſtate enim a mane vſque in horam tertiam, laborare oportet;

De Menſis. Cap. IX.

Q*Vi autem ad menſam tardiùs uenerit, aut pœnitentiam agat, aut ieiunus ad ſuum opus, uel cubile recurrat.*

De Excommunicatione. Cap. XVIII.

S*Atisfactio delinquentium hæc eſt: in officio Fratribus conſtitutis, peracto pœnitentiæ tempore, uocatus is, qui excommunicatus eſt, ſoluet ſtatim cingulum, humiq. extra chorum proſtratus iacebit, agens pœnitentiam, quouſque expleatur celebritas. Cumque iuſſus fuerit ab Abbate de ſolo ſurgere, ingrediensq. in chorum, data oratione pro eo ab Abbate, & reſpondentibus cunctis, Amen, ſurgat: atque ab omnibus pro negligentia ueniã poſcat; adepturus indulgentiam, poſt huius emendatoriæ ſatisfactionis cenſuram.*

Cap. V. De Opere Monachorum.

P*Roprijs autem temporibus oportet operari Monachum, & proprijs orationi, lectioniq. incumbere. Horas enim debet habere Monachus congruas ad ſingula officia deputatas. Partes autem annui tẽporis ſuis quibuſque operibus taliter deputãtur: Aeſtate enim a mane uſque ad horam tertiam laborare oportet; a tertia*

Digitized by Google

tet; a tertia verò vſque ad ſextam lectioni vacare; dehinc vſque ad nonam quieſcere; poſt nonam autem vſque ad tempus veſpertinum iterum operentur.

autem uſque ad ſextam lectioni uacare; dehinc uſque ad nonam requieſcere; poſt nonam autem uſque ad tempus ueſpertinum iterum operari.

Cap. xlix. De Quadrageſimæ obſeruatione.

§. *Lectioni, & compunctioni cordis, atque abſtinentiæ operam damus.*

HInc Iſidorus ait: u Omnis profectus ex lectione, & meditatione procedit. Geminum enim donum confert lectio ſacrarum Scripturarum, ſiue quia intellectum mentis erudit, ſiue quòd a mundi vanitatibus abſtractum hominem ad amorem Dei perducit. Compunctio cordis eſt humilitas mentis cum lacrymis, exoriens de recordatione peccati, & timore iudicij. Illa eſt conuerſis perfecta compunctionis affectio, quæ omnes a ſe carnalium deſideriorum affectus repellit, & intentionem ſuam toto mentis ſtudio in Dei contemplationem x defigit. Ille enim benè abſtinet a cibis, qui & a malitiæ actibus, & a mundi abſtinet ambitionibus.

Compunctio cordis quid ſit.

Cap. lııı. De Hoſpitibus ſuſcipiendis.

§. *Pauperum autem, & peregrinorum, &c.*

HInc Iſidorus ait: Licet omnibus hoſpitalitatis bonum cum gratia oporteat y referendum, vberior tamen Monachis & Clericis deferenda eſt honorificen-

Cap. xxıı. De Hoſpitibus.

ET licet omnibus hoſpitalitatis bonum cum gratia oporteat referri, uberior tamen Monachis deferenda eſt honorificentia hoſpitalitatis. Præbeantur eis habita-

Digitized by Google

ficentia hoſpitalitatis: Præbeã-tur eis habitacula, eorum lauentur pedes, vt præceptum Dominicum impleatur: congruis etiã ſumptibus eiſdem humanitatis gratia præbeatur.

Cap. l v. De Veſtimentis, uel calciamentis Fratrum.

§. *De quarum rerum omnium colore, &c.*

HInc Iſidorus ait: Munitus debet eſſe Monachus, non delicatus. Sicut autem non oportet in Monacho eſſe notabilis habitus, ita nec ſatis abiectus. Nam pretioſa veſtis [a] animum ad laſciuiam pertrahit. Vnde & Dominus de Ioanne ait: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. Et *Petrus: Non veſte pretioſa. Vilis veſtis aut dolorem cordis parit, aut morbum animæ & vanæ gloriæ contrahit.

§. *Sufficit enim Monacho duas tunicas, &c.*

HInc Iſidorus ait: Binis [a] tunicis, & binis pallijs, ſingulisq. cucullis contenti ſint Monachi: nihil, [b] præter hæc, aliud præſumentes.

§. *A quo tamen Abbate ſemper conſideretur, &c.*

HInc Iſidorus ait: Veſtimenta non erunt æqualiter diſtribuenda omnibus, ſed cum diſcretione; cuiuſcumque [c] ætas, & gradus

bitacula, lauentur eorum pedes, ut præceptum Dominicum impleatur; congruis etiam ſumptibus eiſdem humanitatis gratia præbeatur. Ioann. 13.

Cap. xii. De Habitu Monachorum.

M*Vnitus debet eſſe Monachus, non delicatus. Sicut autem non oportet in Monacho eſſe notabilis habitus, ita nec ſatis abiectus Nam pretioſa veſtis animum ad laſciuiam pertrahit; nimis vilis, aut dolorem cordis parit, aut morbum uanæ gloriæ contrahit.* Matth. 11.

*Immò Paulus. 1. Tim. 2.

Cap. xii. De Habitu Monachorum.

T*Ernis autem tunicis, & binis pallijs, & ſingulis cucullis contenti erunt ſerui Chriſti.*

Cap. xii. De Habitu Monachorum.

V*Eſtimenta non erunt æqualiter diſtribuenda omnibus, ſed cum diſcretione, prout cuiuſq. ætas, graduſq. expoſtulat. Ita enim*

dus expoſtulat. Ita enim Apoſtolos feciſſe legimus in Actis Apoſtolorum: Quia erant illis omnia communia; & diſtribuebatur vnicuique, prout opus erat. Vnius itaque, & cuiuſque fratris ſupplementum, vel indigentia inſpiciatur; vt qui habent, contenti ſint: & qui non habent, accipiant.

Act. 2. & 4.

Cap. lviij. De Diſciplina ſuſcipiendorum Fratrum.

§. Si adhuc ſteterit, tunc ducatur, &c.

HInc Iſidorus ait: Neque [d] intus ſuſcipi quemquam conuenit, ſi relicto ſæculo ad militiã Chriſti pia, & ſalubri humilitate conuertitur, niſi priùs foris poſitus, eius humilitas, ſiue patientia comprobetur. Ideo autem probationibus ſub Abbatis imperio militamus, & dura, & aſpera ab Abbate [e] imperata, gratanter portamus; vt per peregrinationem vitæ huius cum Domino regnare mereamur.

Cap. lix. De Filijs nobilium, uel pauperum, qui offeruntur.

§. Si quis fortè de nobilibus offert, &c.

HInc Iſidorus ait: Quicumque [g] a parentibus monaſterio fuerit delegatus, nouerit ſe ibi perpetuò permanſurum. Nã Anna Samuel puerum natum, & ablactatum, Deo [h] obtulit, quiq. in miniſterio templi permanſit. Hinc datur intelligi, quia parentes non alios, quàm patrem, & ma-

1 Reg 1.

nim Apoſtolos feciſſe legimus; ſicut ſcriptum eſt: Erant illis omnia communia; & diſtribuebatur unicuique, prout opus erat. Vniuſcuiuſque fratris ſupplementum, uel indigentia inſpiciatur: ut qui habent, contenti ſint: & qui non habent, accipiant.

Cap. lv. De Conuerſis.

N*Eque enim intus ſuſcipi quẽquam conuenit, niſi priùs foris poſitus, eius humilitas, ſiue patientia comprobetur. Qui relicto ſæculo ad militiam Chriſti pia, & ſalubri humilitate conuertuntur, omnia ſua primùm aut indigentibus diuidant, aut Monaſterio conferant.*

Digitized by Google

natrem, qui eum genuerunt, dicit: quia Anna Samuelē genuit, ipſa, & non alius, eum ſeruiturum in templo Domino obtulit.

Cap. lxiij. De ordine Congregationis.

§. *Ergo ſecundùm ordines, quos conſtituerit, &c.*

HInc Iſidorus ait: [i] Quicumque autem Monaſterium primus ingreditur, primus ſedet, primus ambulat, primus pſalmū dicit, primus in menſam extendit manum, in Eccleſia prior cōmunicat: nec ætas inter eos quæritur, ſed profeſſio. Quod dicit Samuel, & Daniel pueri presbyteros iudicauerunt: de Heli, & de illis, qui Suſannā opprimere voluerunt, intelligitur. Samuel presbyteros iudicauit, quando filios Heli peccare vidit, & eos in corde ſuo [k] præuaricatores iudicauit. Heli autem, quia non eos diſtricta animaduerſione repreſſit, & ab iniquitate nō compeſcuit, ſimiliter reprehendit, & iudicauit. Daniel quoque tunc presbyteros iudicauit, quādo illos iniqua cogitatione plenos, [l] qui Suſannam falſo voluerunt teſtimonio condemnare, reprehendit, damnauit, & Angelico eos gladio trucidatos eſſe prædixit. 1. Reg. 7. Dan. 13.

Cap. lxvij. De Fratribus in uiā directis.

§. *Reuertentes autem de uia Fratres, ipſo die, &c.*

HInc & Iſidorus ait: [m] Quando

De Profectione. Cap. XXIII.

QVando Fratres foras proficiſcuntur, vel redeunt, cōgrega-

do Fratres foras proficiſcuntur, aut redeunt, congregatis omnibus in vnum in Eccleſia benedictionem accipiant.

Cap. lxxiij. & ult. De eo, quod non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac Regula ſit conſtituta.

§. *Quæ enim pagina, aut quis ſermo, &c.*

HInc S. Iſidorus ait: Plura ſunt præcepta, vel [n]inſtituta Maiorum, quæ a ſanctis Patribus ſparſim prolata reperiuntur: quæque etiam nonnulli [o] altiùs, vel obſcuriùs poſteritati [p] compoſita tradiderunt. Quiſquis ergo veſtrum illam vniuerſam Veterum diſciplinam contendit appetere, peragat, in quantum placet, [q]& arduum illum limitem, atque anguſtum, leuigato curſu incedat. Qui verò tanta iuſſa Priorum explere nequiuerit, in huius liminis [r] Diſciplina greſſum ponat; ne [ſ] vel vltra declinando, ſtudeat; ne dum delicatus appetit inferiora, tam vitam, quã nomen monachi perdat. Quapropter ſicut illa præcepta [u]Priorum perfectum reddunt, ac ſummum; ita [x] faciunt iſta vltimum. Illa cuſtodiunt perfecti, iſta [y] ſequuntur poſt peccatũ conuerſi.

HAec igitur, o ſerui Dei, milites Chriſti, contẽptores mũdi, ita a vobis volumus cuſtodiri, vt maiora præcepta Patrum per omnia conſeruetis. Plenitudo autem ſanctæ conuerſationis, & ſpiritualis vitæ perfecta do-

gatis omnibus in Eccleſia, benedictionem accipiant.

Ex Præfatione.

P*Lura ſunt præcepta, vel inſtituta Maiorum, quæ a ſanctis Patribus ſparſim prolata reperiuntur: quæque etiam nonnulli latiùs, vel obſcuriùs poſteritati compoſita tradiderunt. Ad quorum exemplum nos hæc pauca vobis eligere auſi ſumus, vſi ſermone plebeio, vel ruſtico, vt quàm facillimè intelligatis, quo ordine profeſſionis veſtræ uotum retineatis. Præterea quiſquis ueſtrum illam uniuerſalem Veterum diſciplinam contendit appetere, pergat in quantum placet, & arduum illum limitem, atque anguſtum leuigato curſu incedat. Qui uerò tãta iuſſa Priorum explere nequierit, in huius limite diſciplinæ greſſus conſtituat, nec vltra declinandum diſponat; ne dum declinatus appetit inferiora, tam vitã, quàm nomen monachi perdat. Quapropter ſicut illa præcepta Priorum perfectum monachum reddunt, ac ſummum; ita faciunt iſta vel vltimum. Illa cuſtodiant perfecti, iſta ſequantur poſt peccatum conuerſi.*

Cap. xxiv. & vlt.

H*Aec igitur, o ſerui Dei, & milites Chriſti, contẽptores mũdi,*

doctrina in eorum ſanctorum Patrum Regulis nobis quotidie recitatur: quorum & probata vita diuino docendi munere attributa eſt.

di, ita uobis cuſtodienda uolumus, ut maiora præcepta potius ſeruetis. Suſcipite igitur inter illa & hanc admonitionem noſtram, humili corde cuſtodientes, quæ dicimus; libenter ſumentes, quod diſpenſamus; quatenus & vobis de fructu operis ſit gloria, & nobis pro ipſa admonitione poſtulata proueniat venia. Deus autem omnipotens cuſtodiat uos in omnibus bonis, & quomodo cœpit, ſic & confirmet gratiam ſuam in uobis. Amen.

Conſtantini, Abbatis Caietani, ad fragmenta Iſidori in Regulam S. Benedicti, Notæ, ac variæ lectiones.

QVæ hucuſque retulimus, nonnulla ſunt fragmenta, quæ ex Iſidori in Regulam S. Benedicti Commentarijs temporum iniuria deperditis, ſuperfuerunt. Ea planè nos excerpſimus non tantùm ex Petro Diacono Caſinenſi, qui quingentos ferè ab hinc annos ſcripſit: ſed etiam ex Smaragdo S. Michaelis in Lotharingia Abbate, qui ante octingentos annos vixit. Hi namque inter alios, S. Benedicti Regulam explanantes, haſce Iſidori Hiſpalenſis in eamdem Regulam teſtificationes in medium adducunt. Quamobrem nos ipſamet Iſidori fragmenta ex ijs Petri Diaconi Commentarijs, qui MSS. in Bibliotheca Caſinenſi aſſeruantur, collegimus: ex Smaragdo autem, cuius expoſitio iam edita circumfertur, varias nonniſi lectiones paulò inferiùs adnotandas obſeruauimus. Præterea huiuſmodi fragmentorum auctorem, Iſidorum hunc noſtrum extitiſſe, is certò cognoſcet, qui ea cum eiuſdem Iſidori Monachorum Regula contulerit. Immo eamdem hanc Regulam nihil aliud eſſe, quàm Commentariorum in S. Benedicti Regulam breuiarium quoddam: eo vſque tam ſtylo, quàm ſubiecto inter ſe ſimilia ſunt, aut verius eadem ſunt. Denique cum ab Iſidoro Hiſpalenſi in Regulam S. Benedicti ſcripta & alia quædam extent, quæ neque in ſua Regula Monachorum, neque in reliquis eiuſdem libris habeantur: abſque dubio fateri neceſſe eſt, Iſidorum maiores in illam Commentarios contexuiſſe. Sed de hoc etiam alibi.

Petr. Diac. in Reg. S. Ben. MS. ſign. nu. 257.

Smaragd. in Reg. S. Ben. excuſ. Colon. 1575.

a *Cap. 7. grad. 1 humilit. Sicut vnuſquiſque ſanctus, &c.* Sententia hæc eſt Iſidori, lib. 1. cap. 19. de Summ. Bon.

b *Ita vnuſquiſque.* Ita & vnuſquiſque.

c *Supplicio futuræ damnationis.* Suppl. futuro damnat.

d *Iuxta qualitatem criminum diſcuſſio erit pœnarum.* Diſcretio erit pœnarum. Codices vulg. Iuxta qualitatem criminum, Propheta affirmante,

te, diſcret.er.pœnar.

e *Confeſſio iſta ad medic. anim.* Smaragdus ad hunc eumdem locum, ex Caſſiodori in Pſalmum 105. expoſitione, ipſa ferè verba refert, quæ Petrus Diaconus ab Iſidoro exſcripſit. Putarim ego Iſidorum Caſſiodori textum nonnullis mutatis vocibus, & breui ſumma in ſuum vſum tranſtuliſſe.

f *Hinc S. Iſidorus ait: lux dormientium locum illuminet.* Hinc Iſid. ait: lux autem nocte dormientium locum illuſtret.

g *Monachi ſtratus nulla turpi cogit.* in nulla turpi cogit.

h *Sed in ſola cogitatione Dei. Accubans requiem corporis.* Sed in ſola contemplatione Dei accubans, & req. corp.

i *Bonis oblectis, turp.* Rectiùs Smaragd. bonisq. obiectis.

k *Per ſoporem occurrit.* Occurret.

l *Quibus vnus eſt præponendus Decanus, quaſi rectus cuſtos.* Quibus vnus præponendus eſt Decanus, quaſi rector, & cuſtos.

m *Otioſus eſſe cupit.* Eſſe dilexerit.

n *Tardiùs.* Tardus.

o *Qui fabulas dilexerit, qui relicto officio, vel opere, &c.* Fabulíſue vacauerit, qui multiloquus fuerit, & quæ ſequuntur apud Smaragdum eadem ſunt, ordine tamen inuerſo relata.

p *Si turpiloquus, ſi mente tumidus, ſi iactans, ſi in inceſſu immoderatus, &c.* Smaragdi textus ad hunc locum in aliquibus diuerſus eſt, quæ nos ideo referre noluimus, quod Iſidori Regulæ verbis ſuperiùs e regione adſcriptis omnino concordent. Nec mirum ſit, quandoquidem (vt teſtatur Ioannes Grialus in præfat. ad Opera Iſidori Madriti edita) Petrus Ciaconus, vir ſanè doctus, eam Iſidori Regulam Monachorum, in Codice tantùm vno priùs repertam admodũ deprauatam, ex Smaragdo præſertim correxit.

q *Sine Maioris imperio.* Citra imperium Senioris.

r *Cuique liceat.* Cuiquam licebit.

ſ *Qui alimentum, & victum ei præbet.* Qui alimentum victui præbet.

t *Tamdiu damnationi ſubiac.* Tamdiu ſubiaceat emendationi.

u *Vitia ſolita.* Vitia inſolita.

x *Et grauiſſimorum voragine.* Grauiorumq. vitiorum vorag.

y *Pro qualitate negligentiæ emendandi ſunt plagis.* Pro qual. negl. congruis emendandi plagis.

z *Si ſatis grauem, aut furti fugacis, aut criminaliter aliquam culpam commiſerint.* Qui ſatis grauem, aut * faſti fugacis, aut criminalem aliquam commiſerint culpam.

* al. foſti.

a *Nihil prodeſt omnem ſcire ſapientiam cum ignorantia Dei.* Nihil; prodeſt ſcire omnem * prudentiam cum ignor. Dei.

* al. ſcientiã.

b *Sed pro Deo ſcit.* Hucuſque legitur apud Smaragdum: ſed quæ ſequuntur in textu Petri Diac. an Iſidori ſint, certè ſubdubito.

c *Mercedem prouidendo conquiramus.* Mercedem ſeruiendo conquir.

d *Lauacra nulli fratri ſtudio lauandi corporis adeundi liceat.* Lauacra nulli monacho adhibenda ſtudio lauandi corporis, niſi tantùm pro neceſſit. ſang.

e Vo-

Digitized by Google

e *Voluntatis.* Voluptatis.
f *Fragilitate.* al. Singularitate.
g *Senilis ætas.* Seneſcens ætas.
h *Ante deficiat,& intereat,quàm bon.* Ante intereat, quàm bon.
i *Sit tribus pulmentis, olerum,leguminum.* Tribus erit pulmentis, olerum ſcilicet,& leguminum.
K *Tertium fuerit pomorum.* Hactenus ex Smaragdo; reliqua quæ ſequuntur Iſidori verba,Petrus Diac. habet.
l *Hæ ſunt feriæ monachorum,&c.* Huius textus in Regulam S. Benedicti explanationem,quam in Petro Diac. me legiſſe non memini, ex Smaragdo accepi.
m *In quo maioris abſtinentiæ obſeruatio manebit.* In qua maior abſtinẽtiæ obſeruantia maneb.
n *Et oleo abſtineant. Quòd veſpere reficiunt, ipſius Domini imitantur exemplum,qui,&c.* Et ab oleo abſtinetur. Quòd veſpere monachi reficiant,ipſius Domini vtuntur exemplo.
o *Diſcipulis. Nam ideo ad Nonam vniuerſis diebus conſtituta ſunt ſolui ieiunia.* Apoſtolis: & cœnantibus illis,dixit. Nam ideo vniuerſis diebus ad Nonam horam conſtituta ſunt ieiunia ſolui.
p *Pœnitentiæ.* Satisfactionis.
q *Surgens omnibus.* Surgens ab omnibus.
r *Et proprijs orationi,lectioniq. incumb.* Et orationi,lectioniq.incumb.
ſ *Congruas.* Congruas monachus.
t *Suiſq. operibus.* Suis quibuſque operibus.
u *Omnis profectus ex lectione,& meditatione procedit,&c.* Priora huius textus verba refert etiam Iſidorus lib.3.cap.8.Sentent.Sequentia verò, quæ ex Iſidori in Regulam S. Benedicti Commentarijs hauſit Smaragdus, nec habet Petrus Diac.
x *Defigit.* al.Configit.
y *Referendum.* Referre.
z *Pretioſa veſtis animum ad laſciuiam pertrahit. Vnde & Dominus ad turbas de Ioanne ait: Quid exiſtis, &c.* Smaragdus decurtatam hanc legit ſententiam: Pretioſa veſtis animum ad laſciuiam pertrahit,nimis vilis aut dolorem cordis parit, aut morbum vanæ gloriæ contrahit.
a *Binis tunicis.* Ternis tunicis.
b *Præter hac aliud præſumentes.* Præter hæc in habitu aliud præſ.
c *Cuiuſcumque ætas,& gradus expoſtulat.Ita enim Apoſtolos feciſſe legimus in Actis Apoſtolorum:quia erant illis omnia communia.* Cuiuſcũque ætatis,graduſq. expoſtulat.Ita enim & Apoſtolos feciſse legimus, ſicut ſcriptum eſt: Erant illis omn. com.
d *Neque intus ſuſcipi quemquam conuenit, ſi relicto.* Neque enim intus ſuſc.quemq.conu. qui relicto.
e *Imperata.* Imperante.
f *Per peregrinationem.* Poſt peregrinat.
g *Quicumque a parentibus monaſterio.* Quicumque a parentibus proprijs monaſt.
h *Deo obtulit,quique in miniſterio templi permanſit. Hinc datur intelligi.*

ligi. Deo cum pietate obtulit, quique in miniſt. templ. quo a matre fuerat functus, permanſit, & vbi conſtitutus eſt, deſeruiuit. Hinc datur intelligi.

i *Quicumque autem monaſterium;* & quæ ſequuntur vſque ad illa verba: *Qui Suſannam opprimere voluerunt, intelligitur.* A Smaragdo accepimus: ea enim Petrus Diac. non habet.

x *Prauaricatores iudicauit; (al. indicauit.) Heli autem, &c.* Præuaricatores iudicauit, & condemnauit. Heli autem.

l *Qui Suſannam falſo voluerunt teſtimonio condemnare, reprehendit, condemnauit, & Angelico eos gladio trucidatos eſſe prædixit.* Qui Suſannã voluerunt falſo crimine, & teſtimonio condemnare, reprehendit, condemnauit, & Angelico eos gladio trucidandos eſſe prædixit.

m *Quando Fratres foras proficiſcuntur, &c.* Hæc Iſidori verba Smaragdus ſolus refert.

n *Maiorum.* Monachorum.

o *Altius.* Ad altius.

p *Compoſita.* Compoſitè.

q *Et arduum illum.* Et ad arduum illum.

r *Diſciplina.* Diſciplinam.

ſ *Ne vel vltra declinando.* Neue vltra declinandum.

t *Delicatus.* Delicatiùs.

u *Priorum.* Priora.

x *Faciunt.* Facient.

y *Sequuntur.* Sequantur.

z *Et ſpiritualis vita perfecta doctrina.* In Petro Diac. vitioſè legitur: ſpiritualis vitæ perfectæ doctrinæ. Smaragdus: Et ſpiritualis, atque perfecta doctrina.

a *Diuino docendi munere attributa eſt.* Diuino munere, & docendi eſt attributa auctoritas.

S. Iſidori De Conuerſis, Ad Monachos, Liber.

1. Cap. 7. lib. 2. Sent. Matth. 24. NOn inchoantibus præmium promittitur, ſed perſeuerantibus datur, ſicut ſcriptum eſt: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Tunc enim placet Deo noſtra conuerſio, quando bonum quod inchoamus, [a] perſeuerante fine continenti non perdiderimus, id eſt, opus bonum conſummauerimus. Indulgentia peccatorum ſciendum vbi, quando, vel qualibus datur. Vbi quippe, niſi intra Eccleſiam Catholicam? Quando, niſi ante venturi exitus diem?

2. Cor. 6. Quia ecce nũc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Qualibus niſi conuerſis? qui per humilitatem ad paruulorum [b] tranſierunt

Matth. 16. imitationem, de quibus dicitur: Talium eſt Regnum cælorum. Nemo perpendere poteſt, quanti ſit ponderis iuſtitia, vel quanti fulgoris radio iuſtitia [c] clareſcat, niſi [d] quis priùs toto mentis adniſu conuerta-

tur

ur ad Dominum; quatenus ipſo lumine, quo illuſtratur, & ſuam fœlicitatem agnoſcat; & lumen, quod cœco corde non intuebatur, intelligat. Tunc [e] aio inattingibilem intelligi [f] poſſe iuſtitiam, dum eã quiſque [g] qui conuerſus, tentauerit: quia lux non intelligitur, niſi cũ videtur. Iudicium, quod in hominis poteſtate conſiſtit, conuerſionis eſt gratia: per quam noſmetipſos iudicamus, quando nos flentes mala noſtra punimus: & bono, quod ex Deo nobis eſt, ſolidiùs inhæremus. [h] Tripertitum deſcribitur eſſe vniuſcuiuſque conuerſi, id eſt, primum corrigendi a malo. Secundum, faciendi bonum. Tertium, conſequendi boni operis præmium. Nam quod ait Propheta: Solue faſciculos deprimentes, mali emendatio. Quod verò adiecit: Frange eſurienti panem tuum, operis boni eſt actio. In eo verò, quod ſubiungit: Tunc erumpet [i] matutinum tuum, operis boni eſt retributio. Ergo non proficit facere bonum, niſi correctum fuerit malum. Nec poterit quiſquam ad contemplationem Dei proficere, niſi ſe priùs in bonis ſtudeat actibus exercere. Multis modis terret Deus homines, vt vel ſerò conuertantur: atque exinde [k] erubeſcant, quòd tamdiu expectati ſunt, vt redirent. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc reuelationibus quoſdam concutit: vt, qui voluntate conuerti deſpiciant, commoti [l] terribiliter, corrigantur. Plerique ex ſola mentis deuotione conuertuntur ad Deum; nonnulli verò vocati plagis conuertuntur, qui ex deuotione non [m] conuertuntur, iuxta capitulum Pſalmi, dicentis: In fræno, & camo maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te. Plerique autem dum deuotione non conuertuntur, plagæ ſtimulis feriuntur: qui tamen nec ſub verbere ſentiunt, vt aliquatenus corrigantur. Sicut Aegyptus, quæ & pœnas [n] dedit, & emendari nequiuit. De talibus enim ait Propheta: Percuſſiſti eos, & non doluerunt; attriuiſti eos, & renuerunt [o] accipere diſciplinam. Nonnulli viri ſæculares elatione mentis tumentes, poſtmodum conuerſi ad Deum, religioſa ſequuntur obedientia Chriſtum: & qui ante celſitudine mundiali tumebant, poſtea ipſam elationem in ſtudia humilitatis commutant. Quidam ſunt, qui iam ſecretè conuerſi ſunt: quorum conuerſio, quia non procedit ad publicum, apud exiſtimationem humanam quales fuerunt, tales adhuc eſſe putantur; iam tamen in Dei oculis [p] ſe correxerunt. Item quidã adhuc humano iudicio ſtare cernuntur, iam tamen in Dei oculis ceciderunt. Multi apud homines [q] ſuperbi ſunt, & apud Deum electi: item, multi apud homines electi putantur, & apud Deum reprobi exiſtunt; Salomone docente: Vidi impios ſepultos, qui cum adhuc viuerent, in loco ſancto erant, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum

Eſa. 58.

Pſal. 31.

Hierem. 5.

Eccl. 8.

Digitized by Google

ſtorum operum. Nullus [r] ſe putet electum, ne fortè apud Deum ſit reprobus.

De Primordijs Conuerſorum.

11. Cap.8.lib.2. Sent. TRimodum genus eſt conuerſionis ad Deum: inchoationis, cũ dulcedine; medietatis, cum labore; profectionis, cum requie. Sed tamen plerumque alij incipiunt a dulcedine, alij a tentationum amaritudine. Omnis conuerſus ante ex fletu inchoet peccatorum, & ſic tranſeat ad deſiderium ſupernorum. Priùs enim lacrymis purganda ſunt vitia, quæ geſſimus, & tunc [ſ] mundata mentis acie, id, quod quærimus, contemplemur: vt dum antea flendo peccati a nobis caligo detergitur, mundatis cordis oculis, liberè ſuperna inſpiciantur. Ante neceſſe eſt timore conuerti ad * Dominum, vt metu futurarum pœnarum carnales illecebræ deuincantur. Deinde oportet [t] abnegato timore, ad amorem vitæ æternæ tranſire. Poſtea enim charitas foras mittit timorem: qui autem timet, pœnam habet, & nõ eſt perfectus. Vnde & Apoſtolus ait: Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis: per quem ſcilicet iam non peccati pœna ſeruos comprimit, ſed amor iuſtitiæ liberos reddit. Neceſſe eſt omni conuerſo, vt poſt timorem conſurgere ad charitatem Dei debeat, quaſi filius; ne ſemper ſub timore iaceat quaſi ſeruus. Tunc enim amorem noſtræ conuerſionis oſtendimus, ſi Deum velut patrem diligimus, quem priùs ſeruili mente verè vt Dominum formidabamus. Primordia conuerſorum blandis refouenda ſunt modis, [u] ne ſub aſperitate incipiant exterriti ad priores lapſus recurrere. Qui enim conuerſum ſine lenitate erudit, exaſperare potius, quàm corrigere nouit. Conuerſus quiſquis antea ab opere corrigendus eſt, poſtea verò [x] a cogitatione, ac mutatione: vt priùs refrænet prauum actum, deinde [y] appetitum ad delictum: quod in opere non apparet, in cogitatione nequaquam perdurat. Omnis noua conuerſio adhuc priſtinæ vitæ habet commixtionem: propterea nequaquam ea virtus procedere ad hominum oculos debet, donec conuerſatio vetus funditus ab animo extirpetur. Quiſquis ex deteriore iam melior eſſe cœpit, caueat de acceptis extolli virtutibus, ne grauiùs per vanam gloriam corruat, quàm priùs per lapſum vitiorum iacebat.

* Deum.

1.Ioan.4.

Rom 8.

De

Digitized by Google

De Conflictu Conuerſorum.

QVíſque conuerſus ſi mox omnes [a] carnales ſtimulos calcare cupiat,& ſumma virtutum ſubire contendat,ſi fortè adhuc aliqua aduerſa de carnis moleſtijs tolerat, non frangatur: quia Diſpenſator bonorum nouit [a] aduerſitatis reprimere vitium ſucceſſione virtutum. Tũc magis grauari ſe quiſque impulſu vitiorum agnoſcit, dum ad cognitionem Dei acceſſerit; ſicut populus Iſrael grauiore onere ab Aegyptijs premitur,dum per Moyſen diuina illi cognitio aperitur. Vitia enim ante conuerſionem, quaſi pacem in homine habent; quando autem expelluntur, acriore virtute conſurgunt. Fiunt autem inimica conuerſo, quæ peccatori proſperè blãdiebantur: atque item fiunt blanda conuerſo, quæ peccatori aduerſa extiterunt. Multos habet conflictus Dei ſeruus ex recordatione operum præteritorum; multiq. poſt conuerſionem etiam nolentes motum libidinis ſuſtinent, quod tamen ad damnationem non tolerant, ſed ad probationem: ſcilicet,vt ſemper habeant pro excutiẽda inertia hoſtem,cui reſiſtant,dummodo non conſentiant. Vnde & nouerint ſerui Dei ſe etiam a peccatis iam eſſe mundatos, ſed tamen cogitationum turpium adhuc interpellatione pulſari. Ante conuerſionem præcedit turba peccatorum, poſt conuerſionem ſequitur turba tentationum. Illa ſe obijciunt, ne ad Deum conuertamur; iſta ſe ingerunt, ne liberi cordis oculis Deum cernamus. Vtriuſque tumultus [b] inſolentia notis gignit intentionem, quæ noſtra ſæpe fraude multimoda intra concludit. Vtile eſt Dei ſeruo poſt conuerſionem tentari, quatenus a torpore negligentiæ ſollicitantibus vitijs,ad virtutes animum per exercitium præparet vitiorũ. III. Cap. 9. lib. 2 Sent.

De Remiſſa Conuerſione.

MVltos remiſſa conuerſio in [c] primos reducit errores, ac viuendi [d] teporem reſoluit.Horum ergo exempla quiſque conuerſus [e] deuita:ne dum timorem Dei a [f] tepore incipis,rurſus mundanis erroribus immergaris. Tepidus in conuerſione,otioſa verba, & vanas cogitationes,noxias eſſe [g] conſpiciat. Quòd ſi a torpore [h] mentis euigilet,aduertat;ea,quæ leuia exiſtimabat,confeſtim quaſi horrenda, atque atrocia pertimeſcat. Fraus,& deſidia in omni bono opere formidanda eſt. Fraudem facimus Deo, quotiens de bono opere noſtro, noſmetipſos,non Deum laudamus. Deſidia [k] agimur, per IV. Cap. 10. li. 2 Sent.

tor-

torporem languidè ea,quæ Dei ſunt,operamur. Omnis ars ſæculi huius ſtrenuos amatores habet,& ad exequendum promptiſſimos: [l] & hoc propterea,quia præſentem habet operis ſui remuneratorem.Ars verò diuini timoris pleroſque habet ſectatores languidos, tepidos,[m] pigritia, inertia colligatos. Sed hoc prouenit inde, quòd labor eorum non pro præſenti, ſed pro futura remuneratione differtur; ideoq. dum eorum laborem mercedis retributio non ſtatim conſequitur, ſpe penè diſſoluta langueſcunt. Vnde & magna illorum gloria præparatur,qui bonæ conuerſionis vitæ principia augmento ſolidiore conſummant; atque eò ad promerendam retributionem clariores præparantur,quò firmiùs duri itineris labores & inchoant & conſummant. Quidam primo conuerſionis calore ad virtutes ſeſe accingunt;accedente verò progreſſu, dum immoderatè terrenis rebus [n] incipiunt pulſari,infiniti appetitus obſcuratur. Vnde & Dominus de [o] bono ſemine dicit: Quod autem cecidit in ſpinis, hi ſunt, qui audiunt verbum Dei,& ſollicitudine ſæculi, vel fallacia diuitiarum ſuffocant verbum,& ſine fructu efficitur. Nuper conuerſi nequaquam debent in curis,[p] & terrenis rebus prouehi: nam ſi implicentur, confeſtim quaſi plantata arbuſcula, & necdum radice præfixa, concutiuntur, pariter & areſcunt. Valet interdum conuerſis pro animæ ſalute mutatio loci: plerumque enim dum mutatur locus,mutatur & mentis affectus. Congruũ eſt enim inde etiam [q] corporalia velle,vbi quiſquis illecebris deſeruiuit. Nam locus vbi prauè quiſque vixit, hoc in aſpectu mentis opponit, quod ſemper ibi vel cogitauit,vel geſſit.

Matth. 13.

De Exemplis Sanctorum.

V. Cap. 11. li. 2. Sent.

AD conuerſionem,ſeu correctionem mortalium multum proſunt exempla [r] Sanctorum. Nam ad cætera perfectorum exempla mores inchoantium non queunt proficere ad benè viuendũ. Reprobi autem non attendunt documenta bonorum,quæ imitentur ad melius; ſed proponunt ſibi exempla malorum, [s] quæ ad ſuorum morum peruerſitatem [t] imitantur in peius. Ob hanc vtilitatem ſcribuntur Sanctorum ruinæ,& reparationes,vt ſpem faciant ſalutis humanæ;ne quiſquam poſt lapſum pœnitendo deſperet veniam, dum conſpicit Sanctorum reparationem fuiſſe etiam poſt ruinam.Sciant flagitio dediti, ad quam vtilitatẽ eorũ exempla proponantur [u] Sanctorum: ad exemplũ nimirum Deus propoſuit, vt quantò de imitatione eorum conferri poſſunt nobis iuſtitiæ præmia, tantò de perſeueran-

perantia mali ſint grauiora tormenta. Si enim ad boni incitamentū diuina, quibus admoneremur, præcepta deeſſent, pro Lege nobis Sā ctorum exempla ſufficerent. At contra, dum & Deus nos præceptis ſuis admoneat, & vitæ Sanctorum boni operis nobis exempla proponat, nulla eſt iam de reatu excuſatio: quia & Lex* Domini aures noſtras quotidie pulſat, & x Sanctorum documenta bonorum cordis noſtri intima prouocant. Et ſi prauorum ſæpe ſecuti ſumus exempla, cur non imitemur Sanctorum digna, & Deo placita facta? Et ſi apti fuimus imitari iniquos in y malo, cur pigri ſumus imitari iuſtos in bono? Orandus eſt Deus, vt virtutes, quas Sanctis præparauit ad cō ronam, nobis ad profectum ſint poſitæ non ad pœnam. Proficient autem ad profectum noſtrum, ſi tot exempla voluerimus imitari virtutum. Certè ſi ea potius auerſati, quàm imitati fuerimus, ad damnationem noſtram erunt, qui ea legendo implere neglexímus. Multi vitam Sanctorum imitantur, & de moribus alterius effigiem virtutis ſumunt; tamquam ſi imago quælibet intendatur, & de eius ſimilitudine ſpecies picta formetur. Sicque fit ad imaginem ſimilis ille, qui ad ſimilitudinem viuit imaginis. Qui Sanctum virum imitatur, quaſi exemplar aliquod intuetur, ſeſeq. in illo quaſi in ſpeculo perſpicit, vt adijciat, quod deeſſe virtutis agnoſcit. Minus enim ſe ipsū homo ex ſemetipſo conſiderat, ſed dum alterum intendit, id, quod minus eſt luminis, adijcit. Perfectorum eſt iam virorum, non quemlibet Sanctorum imitando, ſed ipſam Veritatem intuendo, ad cuius imaginem facti ſunt, iuſtitiam operari. Hoc indicat, quod ſcribitur: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; z quia ipſe intelligendo imitatur diuinitatem, ad cuius factus eſt ſimilitudinem. Iſte ergo tantus eſt, vt non a fugiat hominem demonſtratorē iuſtitiæ, ſed ipſam contemplando b iuſtitiam, imitetur exempla Sanctorum, quibus ædificatur homo c varias conſeruare virtutes: humilitatis ex Chriſto, deuotionis ex Petro, caſtitatis ex Ioanne, obedientiæ de Abraham, patientiæ de Iſaac, tolerantiæ de Iacob, caſtimoniæ de Ioſeph, manſuetudinis de e Moyſe, abſtinentiæ de Daniel. Sic & cætera facta Priorum, quo labore, quo moderamine, qua vel intentione, vel compunctione gerantur, vir Sanctus imitando conſiderat.

*Dei.

Gen. 1.

Extat S. Iſidori liber de vita, vel obitu Sanctorum.

De Compunctione Cordis.

VI.

Cap. 12. li. 2. Sent.

COmpunctio cordis eſt humilitas mentis cum lacrymis, exoriēs de recordatione peccati, & timore iudicij. Illa eſt cōuerſis perfectior compunctionis affectio, quæ omnes a ſe carnalium deſide-

 rio-

Digitized by Google

riorum affectus repellit,& intentionem ſuam toto mentis ſtudio in Dei contemplationem defigit. Gemina eſt compunctio, qua propter Deum anima cuiuſque electi afficitur, id eſt, vel dum operum ſuorũ mala conſiderat, vel dum deſiderio æternæ vitæ ſuſpirat. Quatuor ſunt qualitates affectionum, quibus mens iuſti tædio ſalubri compũgitur, hoc eſt, memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum pœnarum, conſideratio peregrinationis ſuæ in huius vitæ longinquitate, deſideriũ ſupernæ patriæ, quatenus ad eam quantocyus valeat peruenire. Quiſuis peccatorum memoria compungitur ad lamenta, tunc Dei ſeruus ſe viſitari ſciat præſentia, quando id, [h] ex quo ſe amiſiſſe recolit in terris erubeſcit, ſuoq. iudicio pudenda iam

Luc.22. Pſ 7. 76. & 103. punit. Nam tunc Petrus fleuit, quando in eum Chriſtus reſpexit. Vnde & Pſalmiſta: Reſpexit, inquit, & commota eſt, & contremuit terra. Greſſus Dei ſunt in cor hominis [i] in terrore, quando bona deſideria ſurgunt, vt calcentur [k] mundana. Quando ergo iſta in corde hominis fiunt, ſciendum eſt tunc eſſe Deum per gratiam cordi humano præſentem. Vnde ſe tunc magis homo acuere ad compunctionem debet, quando ſentit & Deum interius operantem. [l] Quotiens homines iuſti ex vera compunctione rapiuntur, & qualiter infirmati reuertuntur. Deguſtatæ lucis magnitudinem illam noſſe poſſe, qui iam aliquid exinde guſtauit. Sunt, qui non ex vera cordis compunctione ſui accuſatores fiunt, ſed tantùm ad hoc eſſe ſe peccatores aſſignant, vt ex ficta humilitate confeſſionis, locum inueniant ſanctitatis.

De Confeſſione Peccatorum, & Pœnitentia.

VII. Cap.13.li.2. Sent.

Ex eo vnuſquiſque iuſtus eſſe incipit, ex quo ſui accuſator extiterit. Multi autem e contra ſemetipſos peccatores fatentur, & tamen ſemetipſos a peccato non ſubtrahunt. Magna iam iuſtitiæ pars eſt ſeipſum noſſe. [m] Homo quid, niſi cinis eſt? vt ex eo diuinæ virtuti ſubdatur humiliùs, ex quo ſuam infirmitatem agnoſcit. Benè ſe iudicat iuſtus in hac vita, ne iudicetur a Deo damnatione perpetua. Tunc autem iudicium de ſe quiſque ſumit, quando per dignam pœnitentiam ſua [n] praua facta condemnat. Amaritudo pœnitentiæ facit animum & ſua facta ſubtiliùs diſcutere, & dona Dei, quæ contempſit, flendo commemorare. Nihil autem peius, quàm culpam agnoſcere, nec deflere. Duplicem habere debet fletum in pœnitentia omnis peccator, ſiue quia per negligentiam bonum non fecit, ſiue quia malum per audaciam perpetrauit: quod enim oportuit, non geſſit: & geſſit, quod agere non oportuit. Ille pœnitentiam dignè agit

Digitized by Google

igit, qui ſic [p] præterita mala deplorat, vt futura iterum non [q] admittat. Nam qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum, quaſi ſi quis lauet laterem crudum, quem quantò magis eluerit, tantò amplius lutum fecit. Quamuis quiſque ſit peccator, & impius, ſi ad pœnitentiam conuertatur, conſequi poſſe veniam creditur. Nullus enim de bonitate Dei dubitet, ſed ſola [r] impœnitentium prauitas conferri ſibi indulgentiam abnegat. In hac vita [ſ] tantùm pœnitentiæ patet libertas: poſt mortem verò [t] nulla correctionis eſt licentia. Vnde & Dominus dicit: Me oportet operari opera eius, qui me miſit, donec dies eſt; veniet autem nox, quando nemo poteſt operari. Ioan 9.
Hinc & per Prophetam: Date, inquit, Domino Deo veſtro gloriam, antequam [u] contenebreſcat, id eſt, antequam mors æterna præueniat; in hac vita dum eſtis, Deum per pœnitentiam glorificate. Adhuc in hoc ſæculo pœnitentiam operantibus Dei ſubuenit miſericordia; in futuro autem iam non operamur, ſed [x] ratione noſtrorum operum punimur. Per id deteriorantur plerumque iniqui, per quod per patientiam Dei ſpatium accipiunt emendandi: qua illi mora viuendi non vtuntur ad pœnitentiam, ſed ad peccandi vſurpant audaciam. [y] Ad malum autem deterius vadit, qui tempus ſibi ad pœnitendum indultum, ad praui libertatem operis [z] vtitur. Feſtinare ad Deum debet pœnitendo vnuſquiſque, dum poterit: ne ſi dum poteſt, noluerit, cum tardè voluerit, omnino non poſſit. Proinde Propheta ait: Quærite Dominum, dũ inueniri poteſt; inuocate eum dũ prope eſt. Et vbi inueniri poteſt, niſi in hac vita, in qua etiã & prope eſt omnibus inuocantibus ſe? Nam tunc iam longè erit, quando dixerit: Ite in ignem æternum. Modò enim non videtur, & prope eſt; tunc videtur, & prope non erit; quia & videri poterit, & non poterit inueniri. Si quando quiſque peccare poteſt, pœnitet, vitamq. ſuam viuens ab omni crimine corrigit, non dubium, quòd moriens ad æternam tranſeat requiem. Qui autem prauè viuendo, pœnitentiam in mortis agit periculo, ſicut eius damnatio incerta eſt, ſic remiſſio dubia. Qui ergo cupit certus eſſe in morte de indulgentia, ſanus pœniteat, ſanuſq. perpetrata facinora [a] deleat. Sunt qui pœnitentibus ſecuritatem citò pollicentur, quibus benè per Prophetam dicitur: Curant contritionem filiæ populi mei, cum ignominia, dicentes: Pax, pax, & non eſt pax. Cum ignominia igitur curat contritionem, qui peccanti, & non legitimè pœnitenti promittit ſecuritatem. Vnde & ſequitur: Confuſi ſunt, qui abominationem fecerunt, id eſt, confuſi ſunt, [b] non pœnas lugendo. Aliter enim confunditur coram iudice reus, dum plectitur, atque aliter [c] quidem in malo opere

Hierem. 13. Eſa. 55. Matth. 25. Hierem. 6.

erubeſcens corrigitur. Ille enim,[d] qui apprehenſus eſt, confunditur; iſte, quia ſe malum feciſſe memoratur, quamuis per pœnitentiã propitiatio peccatorum ſit, ſine metu tamen homo eſſe non debet: quia pœnitentiæ ſatisfactio diuino tantùm penſatur iudicio, non humano. Proinde, quia miſeratio Dei occulta eſt, ſine intermiſſione flere neceſſe eſt. Neque enim vmquã oportet pœnitentẽ habere de peccatis ſecuritatẽ: Nã ſecuritas negligẽtiam parit; negligentia autẽ ſæpe incautum ad vitia tranſacta reducit, dum per pœnitentiam[e] fuerint expulſa. Ad hominem vitia ſi fortè poſt hæc intercedente ſecuritate quælibet ſubreperent, confeſtim delectationes priſtinæ vitiorum mentem auidiùs[f] repunt, pulſanteſq. hominem in conſuetis operibus grauiùs pertrahunt, ita vt ſint nouiſſima illius peiora prioribus.

* peccantiũ.

*De Deſperatione * Peccatorum.*

VIII. Cap.14. li.2. Sent.

NOn per locorum ſpatia, ſed per[g] affectus bonos, vel malos itur, receditur ue a Deo. Neque enim greſſu pedum, ſed greſſu morum elongamur, vel propinquamus ad Deum. Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ eſt; contemnere pœnitentiam, & permanere in culpa, deſcendere in infernum poſt mortem eſt. Ergo peccare ad mortem pertinet, deſperare verò in infernum deſcendere.

Prou.18. Vnde & ſcriptum eſt: Impius dum in profundum malorum venerit, contemnit. Sæpe diabolus eos, quos conuerti ad pœnitentiam aſpicit, immanitate ſcelerum perculſos, ad deſperationem deducit: vt ſubſtrata ſpe veniæ, trahat in diffidentiam, quos non potuit retinere[h] perſeuerantes in culpa. Sed pœnitens[i] præuideat callidas contra ſe hoſtis inſidias, ſicque Dei iuſtitiam metuat: vt tamen, quamuis in magnis ſceleribus, de miſericordia eius confidat. Amplius lætatur Deus de anima deſperata, & aliquando conuerſa, quàm de ea,

Luc.15. quæ numquam extitit perdita; ſicut de prodigo filio, qui mortuus fuerat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt: de cuius regreſſu magnum fit gaudium patris.[k] Non aliter coram Deo, & Angelis copioſiùs eſt gaudium de eo, qui a periculo liberatur, quàm de eo, qui numquam nouit peccati periculum. Quantò enim contriſtat res perdita,

Id. 15. tantò magis ſi fuerit inuenta, lætificat; ſicut in Euangelio Paſtor ille exultat, qui perditam ouem inuentam, humeris ſuis gaudens[l] reportauit. Nullus deſperare debet veniam, etiamſi circa finem vitæ ad pœnitentiam conuertatur. Vnumquemque enim Deus de ſuo fine, non de vita præterita iudicat. Hoc quippe ex Legis teſtimonio edo-

Exod. 13. cetur, quòd homo de ſuo extremo iuſtificatur, quando Deus pro aſini

Digitized by Google

ni primogenito ouem iuſſit offerri, hoc eſt, immunditiam vitæ prioris mutandam in innocentiam boni finis. Vnde & cauda iubetur Leuit. 7.
offerri in hoſtiam, id eſt, vitæ extrema in pœnitentiam. Multi ſuperna reſpecti gratia, in extremis ſuis ad Deum [m] conuertuntur per pœnitentiam: & quæcumque mala geſſerant, quotidianis fletibus purgant, atque bonis factis malè geſta commutant; quibus iuſtè totum, quod deliquerant, ignoſcitur: quia ipſi quod malè geſſerunt, pœnitendo cognoſcunt. In vita hominis bonus finis quærendus eſt: quoniam Deus non reſpicit quales antea viximus, [n] ſed quid erimus cum vitam finimus.

De his, qui a Deo deſeruntur.

DEo deſerente nullum pœnitere, Deo reſpiciente [o] vnumquemque facta videre, & plangere, & vnde ceciderit, cogitare. [p] Nõnulli autem ita deſpiciuntur a Deo, vt deplorare mala ſua non poſſint, etiamſi velint. Conſilium immundorum ſpirituum, hoc eſt: vt, quia ipſis negatum eſt poſt præuaricationem regredi ad iuſtitiam, obſerare aditum [q] pœnitentium hominibus cupiant, ne vel ipſi reuertantur ad Deum; eoſq. ſocios in perditione habere contendunt, quibuſcumque fraudibus inſiſtentes; vt aut deſerantur a Deo, aut flagelli immanitate deſperent. Ingemiſcendum eſt iugiter, & poſtpoſita ſecuritate lugendum; ne Dei ſecreto, & iuſto iudicio deſeratur homo, & [r] perditus in poteſtate dœmonum relinquatur. Nam reuera quem Deus deſerit, dæmones ſuſcipiunt. [s] Dominici contemptores præcepti ſtatim vt auertuntur a Deo, a malignis ſpiritibus occupãtur, a quibus etiam, vt mala faciant, perſuadentur. Hinc eſt illud Propheticum: Inimicos Dei perſequuntur tenebræ; qui intelliguntur dæmones. Vnde & in Pſalmo legitur: Immiſſiones per angelos malos. Quidam reproborum in poteſtate dæmonum occulto Dei iudicio, & iuſtiſſimo rediguntur; Eſaia teſtante: Ipſe [s] diuiſit eis ſortem, & manus eius diuiſit [t] eis in menſuram, vſque in æternum poſſidebunt eã. Quidam electorum dimittuntur diuina iuſtitia [u] incedere in horrore peccati; ſed tamen miſeratione eius reducti, denuo conuertuntur. De talibus enim per Prophetam Dominus loquitur: Et dimiſi eum, & reduxi eum, & reddidi ei conſolationem. Nonnumquam etiam reuertens Deus, hominem, quem deſeruerat, rurſus affligens viſitat: & per lamenta lacrymarum, ac pœnitentiæ afflictionem a peccatis expurgat; dicente Iob ad Deum: Propter ſuperbiam, inquit, quaſi leæna capies me; reuerſuſq. mirabiliter me crucias. Reuertens

IX. Cap. 15. li. 1. Sent.

Nahum 1. Pſal. 77. Eſa. 34. Id. 57. Sanaui eum, & reduxi. Iob 10.

enim

enim Deus hominem cruciat, quando quem peccantem [x]deſeruerat, flagellando iterum viſitat. Malis actibus contra nos amplius cæleſtem iracundiam nequaquam prouocare debemus: quin potius, ſi pœnitendo digna Deo acta geſſerimus, ſeueritatem eius in clementiam commutabimus. Nam ille, qui nos malos tolerat, non dubium eſt, quòd conuerſus clementer ignoſcat. Nam quòd ſeruatur nobis tempus pœnitentiæ, vt non ſimul morte obruamur præcipiti, ſed detur nobis locus ſatisfactionis, hoc totum de Dei procedit clementia: vt nos non damnet crudeliter, ſed expectet ad pœnitentiam patienter.

De his, qui ad delictum poſt lacrymas reuertuntur.

x. Cap. 16. li. 2. Sent.

IRriſor eſt, non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet; nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus. Canis reuerſus ad vomitum, eſt pœnitens ad peccatum. Multi enim lacrymas indeſinenter fundunt, & peccare non deſinunt. [y] Quidam accepere lacrymas ad pœnitentiam, & effectum pœnitentiæ non habuere; quia inconſtantia mentis, non recordatione peccati lacrymas fundunt. Nunc verò reuiuiſcente vſu, ea quæ fleuerāt, iterando committunt. Qui & præterita vult plangere, & actionibus ſæcularibus incubare, iſte mundationem non habet: quoniam adhuc agit, quæ pœnitendo [z] flere poſſit. Eſaias peccatoribus dicit: Lauamini, mundi eſtote. Lauatur itaque, & mundus eſt, qui & præterita plangit, & flenda iterum non admittit. Lauatur, & non eſt mundus, qui plangit, quæ geſſit, nec deſerit: & poſt lacrymas, ea quæ fleuerat, repetit. Sic denique & alibi [a] animum pœnitentium, atque iterum delinquentium ſermo diuinus increpat, dicens: Quàm vilis facta es nimis [b] iterando vias tuas. Quiſquis ergo culpas præteritas plorat, hunc neceſſe eſt modum teneat; vt ſic admiſſa defleat, ne iterum flenda committat. Væ mihi miſero Iſidoro, qui & pœnitere retroacta negligo, & adhuc pœnitenda committo.

Eſa. 1.

Hier. 2.

Iſidorus auctor huius libri.

De Peccato.

xi. Cap. 17. li. 2. Sent.

DVobus modis peccatum committitur, id eſt, aut [c] cupiditate, aut metu: vel dum quiſque vult adipiſci quod cupit, vel timet, ne incurrat quod metuit. Quatuor modis committitur peccatum in corde: quatuor [d] perficitur & opere. [e] Admittitur in corde, ſuggeſtione dæmonum, delectatione carnis, conſenſione mentis, defenſione

ne

ne elationis.[f] Committitur opere, nunc latenter, nunc palam, nunc conſuetudine, nunc deſperatione.[g] Iſtis enim talibus & corde delinquitur, & opere malitia perpetratur. Tribus modis peccatum geritur, hoc eſt, ignorantia, [h] quomodo peccauit in Paradiſo Eua; ſicut Apoſtolus ait: Vir non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Ergo Eua peccauit ignorantia, Adam verò induſtria: quia non eſt ſeductus, ſed ſciens, prudenſq. peccauit. Qui verò ſeducitur, [i] qui conſentiat, euidenrer ignorat. De infirmitate [k] magnus Petrus deliquit, quando ad metum interrogantis ancillæ, Chriſtum negauit: vnde & poſt peccatum amariſſimè fleuit. Grauiùs eſt infirmitate, quàm ignorantia aliquem delinquere; grauiùſq. induſtria, quàm infirmitate peccare. Induſtria namque peccat, qui ſtudio, ac deliberatione mentis malum agit: infirmitate autem, qui caſu, vel præcipitatione delinquit. Nequiùs autem & de induſtria peccant, qui non ſolùm non benè viuunt, ſed adhuc & benè viuentes, ſi poſſunt, a veritate [l] auertunt. Sunt enim qui ignoranter peccant, & sūt qui ſcienter: & ſunt etiam qui ignorantiæ excuſatione ſcire nolunt, vt minus culpabiles habeantur, qui tamen ſeipſos non muniunt, ſed magis decipiunt. Neſcire ſimpliciter ad ignorantiam pertinet: noluiſſe verò ſcire ad contumacem ſuperbiam. Voluntatem quidem proprij Domini velle neſcire, quid eſt aliud, quàm velle Dominum ſuperbiendo contemnere? Nemo igitur ſe de ignorantia excuſet, quia [m] Deus nō ſolùm eos iudicat, qui a cognitione ſua ſe auertunt, ſed etiam illos, qui neſcierunt; teſtante eodem Domino per Prophetam: Diſperdam, inquit, homines a facie terræ, & eos qui auertuntur poſt tergum Domini, & qui non quæſierunt Dominum, nec inueſtigauerunt eum. Et Pſalmus: Effunde, inquit, iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt.

1. Tim. 2. — Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. & Ioan. 18. — Sophon. 1. — Pſal. 78.

De Superbia.

XII. Cap. 38. li. 2. Sent.

OMnibus [n] deterior eſt Superbia; ſeu propter quod a ſummis perſonis, & primis aſſumitur, ſeu quòd de opere iuſtitiæ, & virtutis exoritur, minuſq. culpa eius ſentitur. Luxuria verò carnis ideo notabilis omnibus eſt, quoniam ſtatim per ſe turpis eſt: & tamen, penſante Deo, ſuperbia minor eſt. Sed qui [o] detentus ſuperbia non ſentit, labitur carnis luxuria: vt per hanc humiliatus, & a confuſione exſurgat, & a ſuperbia. Omnis peccans ſuperbus eſt, eò quòd faciendo vetita, contemptui habeat diuina præcepta. Rectè ergo: Initium omnis peccati, ſuperbia; quia [p] vbi præceſſerit mandatorum Dei inobe-

Eccl. 10.

Digitized by Google

bedientia,tranſgreſſionis [q] conſequitur culpa. Omnis ſuperbia tantò in imo iacet,quantò in altum ſe erigit; tantòq. profundiùs labitur,quantò excelſiùs eleuatur. Qui enim [r] propria ſuperbia attollitur, per Dei iuſtitiam inclinatur. Qui inflantur ſuperbia, vento paſcuntur; vnde & Propheta: Omnes,inquit,paſtores tuos paſcit ventus,hoc eſt, ſuperbiæ ſpiritus. Qui de ſuis virtutibus ſuperbiunt, ex ipſis iudicandi ſunt operibus,quibus pro virtutibus vtuntur: quia rem bonam non bona voluntate faciunt.Nam reuera ſine humilitate virtus quælibet, & ſine charitate, in vitio [ſ] computatur. Meritò [t] ſuperbia diabolus a ſuperna beatitudine corruit. Qui ergo de virtutibus attolluntur, diabolum imitantur; & exinde grauiùs corruunt,quia de excelſis [u] labuntur. Superbia ſicut origo eſt omnium criminum,ita ruina cunctarum virtutum. Ipſa eſt enim in peccato prima, ipſa in conflictu poſtrema. Hæc enim aut in exordio mentem per peccatum proſternit, aut nouiſſimè de virtutibus deijcit. Inde & omnium peccatorum eſt maxima: quia tam per virtutes, quàm per vitia humanam mentē exterminat. Ibi cadere ſuperbiam, vbi & naſci:vt non ſit ſuperbis aliud culpa,aliud pœna, ſed ipſa culpa ſit illis & pœna. De ſuperbia [x] naſcitur arrogantia, non de arrogantia naſcitur ſuperbia. Nam niſi præceſſerit occulta elatio mentis,non ſequitur aperta iactantia laudis. Ita ergo in culpa præponitur ſuperbia arrogantiæ,ſicut præfertur origine.Plerumque ad elationis emendationem, prouidentia Dei, aliquo caſu nonnulli cadunt,pro quo lapſu reprehenſi a ſemetipſis humiliter [y] ſapiant:& de muneribus Dei,a quo acceperunt,ſe laudari non appetant, ſed laudent Deum.Vnde qui laudari volunt, vtiliùs eſt arrogantiam quocumque vitio labi, & humiles poſt caſum Deo fieri: quàm per elationem ſuperbire,in grauiorisq. ruinæ damnationem per ſuperbiam irruere.

Hier. 22.

De Fornicatione.

XIII. Cap.39. li.2. Sent.

Ex culpa [z] ſuperbiæ abominanda carnis immunditia. Ita enim alterum pendet ex altero.Sed ſicut per ſuperbiam mentis itur in proſtitutionem libidinis: ita per humilitatem mentis ſalua ſit caſtitas carnis.Deus autem nonnumquam deijcit occultam mentis ſuperbiam per carnis manifeſtam ruinam. Libidinis [a] naſcitur immunditia de animi occulta ſuperbia: exemplo primi hominis, qui mox per ſuperbiam contra Deum tumuit, ſtatim carnis libidinem ſenſit, & pudenda operuit. Quapropter vnuſquiſque ſuæ deputet culpæ

Gen. 3.

Digitized by Google

culpæ, quòd cecidit, quotiens libidine vincitur: quia niſi [b] præceſſerit latens ſuperbia, non [c] ſequetur libidinis manifeſta ruina. Nonnumquam gemino vitio Chriſtianus a diabolo appetitur, & occultò per elationem, & publicò per libidinem: [d] & dum euitat quis libidinem, cadit in elationem. Item dum incautè declinat elationem, cadit [e] arroganter in libidinē. Sicque ex occulto vitio elationis [e] itur in [f] apertum libidinis; & de aperto libidinis itur in [f] occultum elationis. Sed Dei ſeruus diſcretè vtrumque penſans, ſic cauet libidinem, vt non incurrat in elationem: & ſic premit elationem, vt non reſoluat animum ad libidinem. Luxurioſis, atque ſuperbis dæmones plus fautores exiſtunt: dumque in cæteris vitijs ſpiritus [g] maligni deſeruiant; his tamen maiori familiaritate iunguntur, eiſq. amplius iuxta deſiderium famulantur. Principaliter his duobus vitijs diabolus humano generi dominatur, id eſt, per [h] ſuperbiam mētis, & luxuriam carnis. Vnde & Dominus in Iob loquitur de diabolo, dicens: Sub vmbra dormit in ſecreto calami, in locis humentibus. Per calamum enim inanis ſuperbia; per loca verò [i] humentia, carnis demonſtratur luxuria. Per hæc enim duo vitia diabolus humanum poſſidet genus, vel dum mentem in ſuperbiam erigit, vel dum per luxuriam carnem [k] conſumit. Multi luxuriæ ſubditi ſunt, & contumaci ſuperbia de ipſo luxuriæ opere glorìantur: & inde magis elati ſunt, vnde humiliari debuerant. Ad comparationem mali fit deteriùs; quando non ſolùm flagitia [l] committuntur, ſed etiam de ipſis flagitijs vanitate laudis [m] perditæ extolluntur; ſicut ſcriptum eſt: Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. Quid enim peius, quàm in flagitijs miſeros gaudere, de quibus iam debent copioſiùs [n] deplorare? Libido tunc magis quæritur, dum videtur. Nam ſicut quidam Sapiens ait: Prima fornicationis oculorum tela ſunt, ſecunda verborum. Sed qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere. Sufficit natura, vbi adhuc liber affectus eſt. Qui delectationem refrænat libidinoſæ ſuggeſtionis, [o] tranſit a conſenſu libidinis. Citò enim reſiſtit operi, qui [p] titillanti non commodat delectationi. Duriùs impugnatur, qui vſque ad conſenſionem, etſi non vſque ad perpetrationem tentatur: [q] quàm is, qui ſola ſuggeſtione pro conditione carnis tentamentis ſollicitatur. Stimuli carnis, qui in Paulo, excitante Satanæ angelo, inerant, ex lege peccati erant, [r] quæ in membris hominum de neceſſitate libidinis [s] habitat; quare luctantem, dum in ſe expugnat, perficitur de infirmitate libidinoſæ titillationis virtute ſuſcepti glorioſi certaminis. Seruorum Dei multa certamina de ſua carne mouentur: nam quamuis in amore Dei eorum ſit

Iob 40.

Pſal. 10.

2. Cor. 12.

inconcuſſa [t] mentis intentio; tamē de carne, quam exteriùs geſtat, interna prœlia tolerat. Deus autē, qui hæc ad probationē permittit, gratia protegente, ſuos non deſerit. Ideo nonnumquam electi lapſu carnali corruunt, vt a vitio ſuperbiæ, qua de virtutibus tument, ſanentur: & qui de virtutum [u] effectibus exiſtunt ſuperbi, vt cadant; carnis vitio [x] humiliantur, vt reſurgant. Antequam perficiatur adulterium in opere, iam adulterium extat in cogitatione. Ex corde enim primùm fornicationes ſunt auferendæ, & non prorumpent in opere. Iſa. 32. Hinc eſt, quod per Prophetam dicitur: Accingite lumbos veſtros ſuper vbera veſtra, hoc eſt, in corde libidines reſecate, quæ ad lumbos pertinent. Nam cor ſuper vbera eſt, non in lumbis. Libidinis immoderata licentia neſcit habere modum. Nam dum ſe vitioſus animus in explenda fornicatione, carne luxuriante, laxauerit, nihilominus ad alia nefanda ſcelera, ſuadentibus dæmonibus, tranſit: dumque [y] immoderata temeritas metas pudoris exceſſerit, crimen criminibus adijcit, paulatimq. ad deteriora procedit. Non ita ſuauis eſt amantium, [z] immo amentium inexperta carnis libido, ſicut experta: nec ita delectat fornicatio, dum primùm committitur: nam [a] repetita maiorem delectationem ingerit. Iam verò ſi in vſum venerit, tantò perditis dulcior fit, vt ſuperare difficile ſit. Vnde & ſæpe ex conſuetudine delinquendi, quaſi captiui ad peccandum cum quadam violentia trahimur, ſenſuſq. noſtros [b] in nobis contra rectæ voluntatis rebellare compedes ſentimus. Si plus oblectat mentem delectatio fornicationis, quàm amor caſtitatis, adhuc in homine peccatum regnat. Certè ſi iam amplius delectat pulchritudo intimæ caſtitatis, iam non regnat peccatum, ſed regnat iuſtitia. [c] Non ſolùm de commiſſa fornicatione peccatum regnat in homine; [d] ſi ſua adhuc delectatur, atque animum teneat, proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulterium eſt, fornicatio animi ſeruitus idolorum eſt. Eſt autem Matth. 5. & ſpiritualis fornicatio, ſecundum quod Dominus ait: Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamuis quiſque diuerſa turpitudinis [e] voluntate proſtituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus Regnum Dei clauditur, & homo a Deo ſeparatur. Inter cætera ſeptem vitia, fornicatio [f] maximum eſt ſcelus: 1. Cor. 6. quia per carnis immunditiam templum Dei violat: & tollens membra Chriſti, facit membra meretricis. [g] Maximè per carnis luxuriam humanum genus ſubditur diabolo, quàm per cætera vitia. Cum enim ille varijs tentamentis illectos homines conetur peruertere, magis [h] autem mœchandi deſiderium [i] ſuggerere,

quia

Digitized by Google

quia vtrumque ſexum in hoc vitio amplius ægrotare intendit. Dæmones enim ſcientes pulchritudinem eſſe [k] animarum, caſtitatem, & per hanc hominem Angelicis meritis, e quibus illi lapſi ſunt, coæquari; liuore perculſi inuidiæ, inijciunt [l] ſenſibus corporis opus, deſideriumq. libidinis; quatenus a cæleſtibus deorſum [m] deiectum animum pertrahant, ſecumq. quod vicerint, gloriantes ad tartara ducant. Quando impulſu dæmonum mens ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicij metus, & æterni tormenta incendij, ante oculos proponantur: quia nimirum omnis pœna, grauioris ſupplicij formidine ſuperatur. Sicut enim clauus clauum expellit, ita ſæpe recordatio ardoris gehennæ, ardorem [n] excludit luxuriæ. Quidam in iuuentute luxurioſè viuentes, in ſenectute continentes fieri delectantur; & tunc eligunt [o] ſeruare caſtitatem, quando eos libido ſeruos habere [p] contempſit. Nequaquam in ſenectute continentes vocandi ſunt, qui in iuuentute luxurioſè vixerunt. Tales non habēt præmium, quia laboris certamen non habuerunt. Eos enim expectat gloria, in quibus [q] fuerunt laborioſa certamina.

Videntur [r] aliqua deeſſe: nam in MS. lineæ circiter decem, quæ ſequebantur, ſunt eraſæ.

Conſtantini, Abbatis Caietani, in Librum S. Iſidori de Conuerſis, Notæ, & variæ lectiones.

Librum hunc S. Iſidori de Conuerſis ad Monachos, Henricus Caniſius veterum monimentorum ſcrutator diligentiſſimus, ex MS. Codice Monaſterij S. Galli apud Heluetios poſt omnes Iſidori Operum editiones iuris publici fecit: teſtatusq. eſt, Codicem illum tali titulo prænotari: *Sancti Yſidori de Conuerſis*. & in fine vltimæ paginæ: *Yſidorus (de Conuerſis) ad Monachos.* Immo & cap. x. eiuſdem libri, Iſidorum ſe auctorem probat, dum ait: *Væ mihi miſero Iſidoro, qui & pœnitere retroacta negligo, & adhuc pœnitenda committo*. Hæc ſunt etiam Caniſij argumenta, quibus ſtabilire nititur, librum hunc non niſi ab Iſidoro Hiſpalēſi fuiſse conſcriptum. Sed reuera Caniſium (perſpicacis alioqui ingenij virum) non mirari non poſſum: ſicut &, qui eum laudat pro huius libri editione, Antonium Poſseuinum: illud videlicet vnum, quod omnino probat librum alterius non eſse, quàm Iſidori Hiſpalenſis, non animaduertiſse. Quandoquidem hunc ipſum librum excerptum fuiſse ex libro Secundo Sententiarum eiuſdem Iſidori, adeo certum eſt, vt a capite octauo, ad caput decimumſeptimum, capitibus trigeſimo octauo, & trigeſimo nono additis, ipſius libri Sententiarum, in quibus materia omnis de Conuerſis diſſeritur, abſoluiturq. nihil aliud, quàm tredecim capita eiuſdem libri de Conuerſis ad Monachos contineantur. Præterquāquod

Ant. Poſſeu. Apparat. Sacr. in Iſid.

vtriuſque libri capitulorum iidem ſunt tituli:&, paucis quibuſdam mutatis,eadem in omnibus ſeries verborum. Iſidorus præterea in ſua Regula Monachorum,integro capite quarto,hanc ipſam Conuerſorum doctrinã itidem pertractauit. Neque id fuiſſe Iſidoro noſtro inconſuetum, optimè oſtendunt & alij ipſius libri. Nam in eo, qui eſt de Contemptu mundi, multa repetuntur, quæ in libris Synonimorum, ſeu Soliloquiorum etiam ſcripſit: quemadmodum & alterius de Norma viuendi,iudicium fieri poteſt. Huius rei tamen cauſa culpam in Iſidorum conferre nequaquam debemus:quippe qui bono Chriſtianæ Reipublicæ natus,pro temporis,& loci opportunitate,& ſapientibus,& inſipientibus auxilio eſſe ſtatuerat.

In cap. 1. Eccleſ. 2.

a *Perſeuerante fine continenti non perdiderimus, id eſt, opus bonum conſummauerimus.* Perſeueranti fine complemus.Nam ſcriptum eſt: Væ his,qui ſuſtinentiam perdiderunt, id eſt, opus bonum non conſummarunt.Ita editio Madrit. quam cum noſtro exemplari deinceps comparandam duximus.

b *Tranſierunt.* Tranſeunt.

c *Clareſcat.* Clareat.

d *Quis prius toto mentis adniſu conuertatur ad Dominum.* Niſi qui p. t. m. niſi conu.ad Deum.

e *Tunc aio.* Tunc autem.

f *Poſſe iuſtitiam.* Poſſe diuinam iuſtit.

g *Qui.* Sequi.

h *Tripertitum deſcribitur eſſe vniuſcuiuſque conuerſi, id eſt, primum.* Tripertitus deſcribitur eſſe vniuſcuiuſque conuerſi profectus, id eſt, primus.

i *Matutinum tuum.* Matutinum lumen tuum.

K *Erubeſcant.* Magis erubeſcant.

l *Terribiliter.* Terroribus.

m *Conuertuntur.* Conuertebantur.

n *Dedit.* Luit.

o *Accipere.* Suſcipere.

p *Se correxerunt.* Surrexerunt.

q *Superbi.* Reprobi.

r *Nullus ſe put. elect. ne fortè apud Deum.* Nullus ergo ſe putet elect. ne fortè apud Deum.

In cap. 2.

ſ *Mundata.* Munda.

t *Abnegato.* Abiecto.

u *Ne ſub aſperitate incip.exterriti ad pr.lapſ.recurrant.* Ne ſi ab aſperitate inc.ext.ad pr.lapſ. recurrant.

x *A cogitatione, ac mutatione,vt prius.* A cogitatione,vt pr.

y *Appetitum ad delictum,quod in opere.* Appetitum delictum: vt quod iam in opere.

In cap. 3.

z *Carnales.* Carnis.

a *Aduerſitatis reprimere vitium.* Aduerſitates reprimere vitiorum.

b *Inſolentia nobis gignit intentionem,qua noſtra ſæpe fraude multimoda intra concludit.* Inſolentiam nobis gignit, intentionemq. noſtram ſæpe fraude multimoda intercludit.

c Pri-

Digitized by Google

c *Primos.* Priſtinos.
d *Tepore.* Tempore.
e *Deuita.* Euita.
f *Tepore.* Torpore.
g *Conſpiciat.* Non conſpicit.
h *Euigilet, aduertat ea.* Euigilauerit ea.
i *Pertimeſcat.* Pertimeſcit.
K *Deſidia agimur per torporem.* Deſidiam verò agimus, quotiens per torporem.
l *Et hoc propterea, quia præſentem.* Et hoc proinde fit, quia præſ.
m *Pigritia, inertia colligatos. Sed hoc prouenit inde, quòd.* Pigritiæ inertia congelatos. Sed hoc proinde, quòd.
n *Incipiunt pulſari, infiniti appetitus obſcuratur.* Incumbunt, puluere infimi appetitus obſcurantur.
o *Bono ſemine.* Bonis ſeminibus.
p *Curis, & terrenis rebus prouehi.* Curis exterioribus prou.
q *Corporalia velle, vbi quiſquis.* Corporaliter auelli, vbi quiſque.
r *Sanctorum. Nam ad cætera perfectorum exempla mores inchoantium non queunt proficere ad benè viuendum: reprobi autem.* Bonorum. Mores enim inchoantium non queunt perficere ad benè viuendum, niſi perfectorum informentur exemplis Patrum: repr. autem. In cap. 5.
ſ *Quæ.* Quibus.
t *Imitantur.* Mutantur.
u *Sanctorum, ad exemplar nimirum Deus propoſuit.* Sanctorum, ſcilicet, vt aut ſint quos imitentur ad reparationem, aut certè ex eorum comparatione duriùs de inobedientia puniantur. Propterea virtutes Sanctorum ad exemplum noſtrum Deus prop.
x *Sanctorum.* Factorum.
y *Malo, cur pigri ſumus imitari iuſtos in bono?* Malum, cur pigri ſumus incitari iuſtos in bonum?
z *Ipſe.* Ipſam.
a *Fugiat hominem demonſtratorem.* Egeat homine demonſtratore.
b *Iuſtitiam, imitentur exempla Sanctorum.* Imitetur iuſtitiam. Exempla Sanctorum.
c *Varias conſeruare virtutes.* Varias faciunt conſectari virt.
d *Caſtitatis.* Charitatis.
e *Moyſe, abſtinentiæ de Daniele. Sic, &c.* Moyſe, conſtantiæ de Ioſue, benignitatis de Samuele, miſericordiæ de Dauid, abſtinentiæ de Daniele. Sic, &c.
f *Gemina eſt compunctio.* Geminam eſſe compunctionem. In cap. 6.
g *Dei ſeruus ſe viſitari ſciat.* Dei ſe ſciat viſitari.
h *Ex quo ſe amiſiſſe recolit, in terris erubeſcit, ſuoq. iudicio pudenda iam punit.* Quod ſe admiſiſſe recolit, interius erubeſcit, ſuoq. iudicio pœnitendo iam punit.
i *In terrore quando bona.* Interior vis, qua bona.
K *Mundana.* Mala.
l *Quotiens homines iuſti ex vera compunctione rapiuntur, & qualiter* in-

Digitized by Google

infirmati reuertuntur: deguſtatæ lucis magnitudinem illam. Quomodo mens hominis iuſti ex vera compunctione rapiatur, & qualiter infirmata reuertatur, deguſtatæ lucis magnitudine illum.

In cap. 7. m *Noſſe. Homo quid, niſi cinis eſt? vt ex eo.* Noſſe hominem, quod prauus eſt, vt ex eo.

n *Prauia.* Malè tamen habet Caniſij exemplar, loco vocis praua, quod nos textus Madrit. auctoritate correximus.

o *Non oportuit. Ille pœnitentiam.* Non oportuit. Ille pœnitentiam dignè agit, qui reatum ſuum ſatisfactione legitima plangit: condemnando ſcilicet, ac deflendo, quæ geſſit, tantò in deplorando profuſiùs, quantò extitit in peccando procliuiùs. Ille pœnitentiam.

p *Præterita.* Nos correximus ex Madrit. Cod. Nam Caniſianus malè habet, deprecata.

q *Admittat.* Committat.

r *Impœnitentium.* Accipientium.

ſ *Tantùm.* Tantumdem.

t *Nulla correctionis eſt licentia.* Nullam correctionis eſſe licentiam conſtat.

u *Contenebreſcat.* Tenebreſcat.

x *Ratione noſtrorum operum punimur.* Rationem n.o. ponimus.

y *Ad malum autem deterius vadit.* A malo autem in deterius vadit.

z *Vtitur.* Vertit.

a *Deleat.* Defleat.

b *Non pœnas lugendo.* Non pœnitendo, ſed pœnas luendo.

c *Quidem in malo opere erubeſcens corrigitur.* Qui de malo oper. erub. corripitur.

d *Qui apprehenſus eſt.* Quia reprehenſus eſt.

e *Fuerint expulſa. Ad hominem vitia ſ.ſ. p. h. i.ſ. qualibet ſurreperent.* Expulſa fuerint ab homine vitia ſ.ſ.p.h.i.ſ.qualibet culpa ſurrepſerit.

f *Repunt.* Irrepunt.

In cap. 8. g *Affectus bonos, vel malos.* Affectum bonum, vel malum.

h *Perſeuerantes.* Perſeuranter.

i *Præuideat.* Præuidere debet.

K *Non aliter coram Deo.* Correximus ex Madrit. Cod. Nam Caniſij textus malè habet: Nam ait: Coram Deo.

l *Reportauit.* Reportat.

m *Conuertuntur.* Reuertuntur.

n *Sed quid erimus cum vitam finimus.* Sed quales circa finem vitæ exiſtimus.

In cap. 9. o *Reſpiciente vnumquemque facta videre.* Reſpiciente ſua mala vnumquemque videre.

p *Nonnulli autem.* Nam nonnulli.

q *Pœnitentium.* Pœnitentiæ.

r *Perditus.* Perdendus.

ſ *Diuiſit.* Miſit.

t *Eis in menſuram.* Eis eam in menſura.

u *Incedere in horrore peccati.* Incidere in horrorem peccati.

x De-

Digitized by Google

x *Deſeruerat flagellandum, iterum viſitat.* Deſeruerat, flagellando i.v.

y *Quidam accepere lacrymas ad pœnitentiam, & effectum pœnitentiæ non habuere.* Quoſdam accipere lacrymas ad p. & eff. pœn. non habere (conſtat.) Corruptam hanc periodum in vulgatis exemplaribus, iſtius verbi, conſtat, adiectione, ſatis fuit accommodaſſe. In cap. 10.

z *Flere.* Deflere.

a *Animum pœnitentium, atque iterum delinquentium.* Animam pœnitentem, atque iterum delinquentem.

b *Iterando.* Iterans.

c *Cupiditate, aut metu, vel dum.* Vi cupiditatis, aut metu timoris; dũ vel. In cap. 11.

d *Perficitur.* Perpetratur.

e *Admittitur in corde, ſuggeſt.* Corde, ſuggeſt.

f *Committitur opere, nunc.* Opere, nunc.

g *Iſtis enim talibus.* Iſtis ergo gradibus.

h *Ignorantia, quomodo peccauit in Paradiſo Eua.* Ignorantia, infirmitate, induſtria, periculo autem pœnarum diuerſo. Ignorantiæ namque modo peccauit Eua in Paradiſo.

i *Qui.* Quid.

K *Magnus.* Autem.

l *Auertunt.* Diuertunt.

m *Dicitur: non ſolùm eos iudicat, quia cognitione ſua reuertuntur.* Locum hunc in exemplari Caniſiano corruptum, ex Madrit. edit. reſtituimus: Deus non ſolùm eos i.q.a.c.ſ.ſe auertunt.

n *Omnibus deterior eſt ſuperbia.* Omni vitio deteriorem eſſe ſuperbiam. In cap. 12.

o *Detentus ſuperbia non ſentit, labitur carnis luxur.* Detinetur ſuperbia, & non ſentit, labitur in carnis luxur.

p *Vbi.* Niſi.

q *Conſequitur.* Non ſequitur.

r *Propria ſuperbia.* Per propriam ſuperbiam.

ſ *Computatur.* Deputatur.

t *Superbia.* Superbiæ.

o *De excelſis.* De excelſo.

x *Naſcitur arrogantia, non de arrogantia naſcitur ſuperbia.* Naſci arrogantiam, non de arrogantia naſci ſuperbiam.

y *Sapiant, & de muneribus Dei, a quo acceperunt, ſe laudari non appetãt, ſed laudent Deum. Vnde qui laudari volunt vtilius eſt arrogantiam quocumque vitio labi, & humiles poſt caſum Deo fieri, quàm per elationem ſuperbire, in grauioriſq. ruinæ damnationem per ſuperbiam irruere.* Sed textum hunc Cod. Madrit. ita legit: Sapiunt, & de muneribus Dei laudari non appetunt; ſed laudant Deum, a quo acceperunt, vnde laudari ſe volunt. Vtiliùs eſt arroganti in quocumque vitio labi, & humilem poſt caſum Deo fieri, quàm per elationem ſuperbire, grauioremq. ruinæ damnationem per ſuperbiam ſumere.

z *Superbiæ abominanda carnis immunditia: ita enim alterum.* Superbiæ plerumque in abominandam carnis immunditiam itur. Nam alterum. In cap. 13.

a *Naſcitur immunditia de animi occulta ſuperbia.* Naſci immunditiam

de

de animi occulta conſtat ſuperbia.
b *Praceſſerit.* Præceſſiſſet.
c *Sequetur.* Sequeretur.
d *Et dum.* Sed dum. e *Arroganter.* Segniter.
e *Itur.* Ictus, vitioſè legit ſemel & iterum Codex Caniſ.
f *Apertò,&,occultò.* Malè notatum, correx. ex Madrit. apertum, &,occultum.
g *Spiritus malignus deſeruiuit.* Sed correx. ex Madrit. Spiritus maligni deſeruiant.
h *Per ſuperbiam mentis,& luxuriam carnis.* Superbia mentis, & luxuria carnis.
i *Humentia.* Humecta.
K *Conſumit.* Corrumpit.
l *Committuntur,ſed etiam de ipſis flagitijs.* Deerant hæc in Cod. Caniſ.
m *Perditæ.* Perditi.
n *Deplorare.* Plorare.
o *Tranſit a conſenſu libidinis.* Mallem cum Madrit. non tranſit ad conſenſum libidinis.
p *Titillanti non commodat delectationi.* Titillanti ſe non accommodat delectationi.
q *Quàm is,qui ſola ſuggeſtione pro conditione carnis tentamentis ſollicitatur.* Deerant hæc verba in exempl. Caniſ. quæ nos ex Madrit. ſuppleuimus.
r *Quæ.* Qui.
ſ *Habitat,quare luctantem dum in ſe expugnat, perficitur de infirmitate libidinoſa titillationis virtute ſuſcepti glorioſi certaminis. Seruorum.* Habitant. Quam reluctantem d.i.ſ.e.p. & de i.l.t. virtutem ſuſcipit g. c. Seruis.
t *Mentis intentio,tamen de carne.* Intentio, mens tamen in carne.
u *Effectibus.* Affectibus.
x *Humiliantur,vt reſurgant.* Humilientur, vt ſurgant.
y *Immoderata temeritas metas.* Immoderatè metas.
z *Immo amentium inexperta.* Ex Madrit. cum Caniſianus malè hab. Immo antium, vel immorantium incerta.
a *Repetitam actionem delectatione.* Vitioſè tamen; benè Madrit. Repetita maiorem delectationem.
b *In nobis contra recta voluntatis rebellare compedes.* Contra rectam voluntatem in nobis rebellare.
c *Non ſolùm.* Nam non ſolùm.
d *Si ſua adhuc.* Sed ſi adhuc.
e *Voluntate.* Voluptate.
f *Maximum eſt ſcelus.* Maximi eſt ſceleris.
g *Maximè.* Magis. h *Autem.* Tamen. i *Suggerere.* Suggerit.
K *Animarum.* Animæ. l *Senſibus.* Per ſenſus.
m *Deiectum animum.* Deiectam animam.
n *Excludit.* Remouet.
o *Seruare caſtitatem.* Seruire caſtitati.

p Con-

Digitized by Google

p *Contempſit.* contemnit. q *Fuerunt.* Fuerint.

r Cum autem Caniſius in huius libri calce admoneat, in eo S.Galli MS. codice quidpiam deeſſe: eò quòd lineæ circiter decem, quæ ſequebantur, eſſent eraſæ; hæ non niſi vice Epilogi deſeruiſſe, ex eo præſertim patet, quod in eodem libro propoſitū fuerat de Conuerſis ea tantùm tractare, quæ ex libris Sententiarum S. Iſidori colligi poterant.

Epiſtola S. Iſidori Epiſcopi ad [a] Maſonem Epiſcopum, De [b] Reſtauratione Sacerdotis.

Domino [c] ſancto, meritiſq. beato fratri Maſoni Epiſcopo, Iſidorus Epiſcopus. Diſt. 50. Domino ſācto.

VEniente [d] ad nos famulo veſtro, viro religioſo Nicetio, litteras honorificentiæ veſtræ nobis detulit: in quibus agnitio ſalutis veſtræ nihilominus [e] perpatuit, maximè per eum portitorem, cuius lingua, Epiſtola viuens erat. Vnde pro ſalute veſtra, gratiarum actionibus Deo noſtro repenſis, in quantum valuit [f] mediocritas noſtra, vicem inquiſitionis ſtuduimus: poſcentes veſtrorum meritorum ſuffragijs, diuinis nos cōmendare conſpectibus. Verùm [g] quod ſequenter in Epiſtolis venerabilis Fraternitas tua innotuit, nulla eſt in huiuſmodi ſententijs Decretorum diuerſitas intelligenda: [h] quod alibi legitur, in lapſu corporali reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam. Alibi poſt huiuſmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Hæc enim diuerſitas hoc modo diſtinguitur: illos enim ad priſtinos [i] officij gradus redire Canon præcipit, quod pœnitentiæ præceſſerit ſatisfactio, vel digna peccatorum confeſſio. At contra, hi, qui neque a vitio corruptionis emendantur, ad hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt etiam vindicare quadam ſuperſtitioſa temeritate nituntur: nec gradum vtique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita eſt vtraque dirimenda ſententia, vt neceſſe ſit illos reſtaurari in loco honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem meruerunt diuinæ pietatis. Hi nec immeritò conſequuntur ademptæ dignitatis ſtatum, qui per emendationem pœnitentiæ recepiſſe noſcuntur vitæ remedium. Id enim, ne fortè magis ambiguum ſit, diuinæ auctoritatis ſententia confirmetur. Ezechiel enim Propheta ſub typo præuaricatricis Hieruſalem oſtendit, poſt pœnitentiæ ſatisfactionem, priſtinum reſtaurari honorem: Confundere, inquit, o Iuda, & porta ignominiā tuam. Et poſt paululum: Et tu, inquit, & filia tua reuertimini ad antiquitatem veſtram. Quod dixit, Confundere, oſtendit, [k] poſt confuſionem, id eſt, peccati opus debere quemquam erubeſcere: &, pro

Canon Ancyritan. c. XIX.

Ezech. 16.

admiſſis ſceleribus, verecundam frontem humi proſtratam demergere, pro eo, quod dignum confuſionis perpetrauerat opus. Deinde præcipit, vt [l] portet ignominiam, id eſt, dehonorationem nominis, ſiue dignitatis. Ergo dum quiſque poſt opera confuſionis ſuæ lugens cum humilitate portauerit, reuocari ſecundum Prophetam ad priorem ſtatum. Item Ioannes Euangeliſta Angelo Epheſi Eccleſiæ inter cætera ſimile quiddam ſcribit: Memor eſto, vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera [m] tua fac: alioquin venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo. In [n] Angelo Eccleſiæ, præpoſitum, id eſt, ſacerdotem oſtendit: iuxta Malachiam, qui dicit: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: & legem exquirent de ore eius, quia Angelus * Domini eſt. Præpoſitus ergo lapſus in vitium, per Euangeliſtam monetur, vt memor ſit vnde ceciderit, & pœnitentiam agat, & prima faciat opera, vt non moueatur candelabrum. Nam candelabrum Angeli, doctrina ſacerdotalis, vel honor poteſtatis, quem geſtat, intelligitur: iuxta quod ſcriptum eſt apud Samuelem in damnationē Heli: Oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Lucerna quippe Dei fuerat, quando dignitate ſacerdotali pollens, iuſtitiæ claritate fulgebat. Extinctam Propheta aſſerit, dum ob ſcelera filiorum, ſacerdotij poteſtatem, meritorumq. lumen amiſit. Candelabrum ergo, ſiue lucerna ſacerdotis (quæ [o] intelliguntur chariſmata honoris) tunc penitus iuxta Ioannem extinguitur, vel mouetur: quando poſt delicti caſum neglecta pœnitentia, admiſſa ſcelera non deflentur. Nō enim dixit: Pro eò, quòd cecediſti, commouebo candelabrum tuum; ſed, Niſi pœnitentiam egeris, mouebo candelabrum tuum. Ergo quemquam [q] præpoſitum peccantem, ſi ſuperueniret pœnitentia delicti, vtique ſequeretur & reparatio meriti. Et in Prouerbijs: Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur. Qui confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Nam & ipſum, quod Canonum cenſura poſt ſeptem annos remeare pœnitentiam in ſtatū priſtinum præcipit; non hoc ex [r] electione proprij arbitrij Patres, ſed potius ex ſententia diuini iudicij ſanxerunt. Nam legitur, quòd Maria ſoror Moyſi Propheteiſſa, dum obtrectationis aduerſum Moyſen incurriſſet delictum, illico ſtigmate lepræ perfuſa eſt. Cumque peteret Moyſes, & emendaretur, præcepit eam Deus extra caſtra ſeptem diebus egredi, & poſt emendationem rurſus eam in caſtra admitti. Maria ergo ſoror Aaron, caro intelligitur Sacerdotis: quæ dum ſuperbiæ dedita ſordidiſſimis corruptionum contagijs maculatur, extra caſtra ſeptem diebus, id eſt, extra collegium ſanctæ Eccleſiæ ſeptem

Apoc. 2. Malach. 2. * Domini exercituum eſt. 1. Reg. 3. Prou. 28. 33. q. 2. Hoc ipſum. Num. 12.

ptem

ptem annis proijcitur: qui poſt emundationem vitiorum loci, ſiue priſtinæ dignitatis recipit meritum. Ecce in [w] quantum valui Concilij Ancyritani antiquam planè, & plenam auctoritate ſententiam, ſacris teſtimonijs explanaui; oſtendens [x] eum poſſe reſtaurare proprium honorem, qui per pœnitentiæ ſatisfactionem nouit propria delicta deflere. Eum verò non poſſe reſtaurari, qui [y] nec luget, quæ geſſit, & lugenda ſine vllo pudore religionis, vel timore diuini iudicij committit. In finem autem Epiſtolæ huius hoc adijciendum putaui, vt quotieſcumque in geſtis Conciliorum diſcors ſententia inuenitur, illius Concilij [z] magis teneatur ſententia, cuius antiquior, aut potior eſt auctoritas. Data [a] ſub die pridie Kal. Martij. Anno III. Regni domini noſtri glorioſiſſimi VViterici Regis.

Conſtantini, Abbatis Caietani, in Epiſtolam S. Iſidori ad Maſonem, Notæ, ac variæ lectiones.

ANtequam integra hæc Iſidori Epiſtola paſſim legeretur, illius fragmentum videre erat in libro Pœnitentium Rabani Mauri cap. 1. quē Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis, antiquitatis peritiſſimus, vnà cum alijs Pœnitentialibus antiquis edidit, & notis illuſtrauit. Præterea apud Gratianum diſt. 50. c. 28. Domino ſancto: apud Burchardum lib. 19. c. 73. apud Iuonem lib. 3. tit. 11. c. 17. atque alios. Verùm Ioannes Grialus, & Iacobus Breulius, qui recentem Operum Iſidori editionem adornarunt, iſtam Epiſtolam, quæ prius mutila extabat, integram dedere: ſicut & Henricus Caniſius ex membranis MSS. Monaſteriorum S. Galli apud Heluetios, & VVeingartenſis in Germania. Quamobrem ex omnibus hiſce citatis Codicibus, dignum cenſuimus varias lectiones obſeruare.

Canones Pœnitent. cum Notis Ant. Aug. edit. Venet. 1584.

Henr. Caniſ. to. 5. Antiq. Lect.

a *Ad Maſonem.* Ita & VVeingart. MS. item 33. q. 2. ſeu 11. quæ lectio omnium maximè placet. Burchardus lib. 19. c. 73. vocat Maſſonem. Rabanus, & Panormia Maſſionem. Maſſanum Breulius, & Gratianus diſt. 50. c. 28. & Iuo lib. 3. tit. 11. c. 17. Anſelm. lib. 8. c. 37. Maſonum: alij Maſſenum vocant, vt habetur ante librum Sententiarum Iſidori, ſiue de Summo bono, in quo eſt editum, ad beatum Maſſenum: ſed in veteri MS. Hiſp. eſt, *M*aſoni Epiſcopo: quas varias lectiones vide etiam in notis Antonij Auguſtini ad lib. Pœnit. Rabani. Porro *M*aſonem fuiſſe Epiſcopum Emeritenſem, primumq. ſubſcripſiſſe Concilio Toletano III. ex Hiſpanis Scriptoribus iam conſtat.

b *De reſtauratione Sacerdotis.* Sic *M*S. S. Galli. Breulius de lapſu Sacerdotis, & reparatione. Codex *M*S. Biblioth. Caſin. ſign. num. 86. De Pœnitentia Clericorum.

c *Domino ſancto.* Breulius, Domino verè ſancto; & VVeingarten. Domino ſuo, meritiſq.

d *Veniente ad nos.* Concinit editio *M*adritiana, vt & *M*S. S. Galli, ac VVeingart. niſi quòd hic vocat Nicecium. Breulius, Veniens ad nos

Digitized by Google

famulus veſter, vir religioſus Nicetius. Falsò autem nonnulli habent Vincentio.

e *Nibilominus perpatuit.* Præpatuit, aliàs apparuit, legitur in alijs Hiſpaniæ *M*SS. vt animaduertitur in editione *M*adritiana.

f *Mediocritas veſtra.* VVeingarten. *M*ediocritas noſtra vice inquiſitionis ſtuduimus p.v.m.eſſe diuinis nos commendare conſpectibus. Breulius, mediocritas noſtra inquiſitioni veſtræ ſtuduit reſpondere, poſcentes veſtrorum meritorum ſuffragijs, diuinis nos c.c.

g *Verùm quod ſequenter.* Ita apud Burchardum, & Iuonem, Breulium, ac *M*S. S.Galli: ſed Gratianus, & Anſelmus, ac alij *M*SS. habent, Conſequenter. Venerabilis. In Breulio hæc vox abeſt.

h *Quod alibi legitur, in lapſu corporali.* Ita etiam Burchardus c.43. & 73. Iuo c.397. & 57. & 86. At apud Anſelmum, & *M*S. VVeingarten. eſt: quod alibi legitur, id eſt, in Canone Anquiritano, cap. xix. poſt lapsū corporalem: & in Panorm. Iuonis, videlicet, quòd in Canone Anquiritano cap. xix. legitur poſt lapſum corporalem. Sic etiam apud Gratianum. Breulius tamen habet: Nobis innotuit, videlicet, quòd in Canone Ancyritano, cap. xix. legitur, poſt lapſum corporalem reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam. Vide Ancyr. cap. 20. Græcè, Latinis quibuſdam cap. 19. & *M*artin. Bracar. c. 77. & Raban. c. 3. lib. Pœnitent.

i *Officij gradus.* Ita VVeingarten. & Raban. in Breulio vox, officij, abeſt. *Ademptæ dignitatis.* Codex S.Galli vitioſè habet, honores adepti, ſicut & Raban. adeptæ dign.

K *Poſt confuſionem.* Sic & VVeingarten. atque editio *M*adritiana: ſed malè Rabanus Poſt confeſſiones id eſſe. Breulius, oſtendit poſt peccati opus.

l *Vt portet ignominiam.* Hic locus alio, atque alio modo legitur, codē tamē ſenſu. VVeingart. hîc copioſiùs ita habet: Vt poſt ignominiam, id eſt, deiectionem nominis, ſiue dignitatis, reuertatur ad antiquitatem. Ergo dum quiſque poſt opus confuſionis ſuæ confunditur, atque ignominiam portat, & depoſitionem ſuam luget cum humilitate, reuocari ſecundum Prophetam. Breulius, Oportet ignominiam depoſitionis ſuæ, lugens cum humilitate: quam ſi portauerit, reuocari ſecundum Proph. Rabanus, Oportet ignominiam depoſitionis ſuæ, lugens cum humilitate, quod peccauerat: ſic quoque reuocari ſecundum Prophetam.

m *Opera tua fac.* Vox, tua, non eſt apud Rabanum, eſt tamen apud alios.

n *In Angelo Eccleſiæ.* Corruptè apud Caniſium, In Euangelio Eccleſiæ.

o *Quæ intelliguntur chariſmata.* *VV*eingarten. Quæ intelligitur chariſma honoris.

p *Non defertur.* *VV*eingarten. Non delentur.

q *Ergo quemquam.* Breulius, Erga quemquam præpoſitum peccantem, ſi præuenerit pœnitentia delicti, vtique ſequitur & meriti. *VV*eingarten. Ergo quemquam p.p.ſ.p.p.d. vtique ſequitur & reparatio meriti. Rabanus, Vtique ſequitur & venia.

r *Ex*

Digitized by Google

r *Ex electione proprij.* VVeingarten. non hoc ex elatione Sancti Patres proprij arbitrij. *V*bi tamen vox, elatione, correcta eſt, & reposita electione.

ſ *Soror Moyſi.* Rabanus, & Breulius, Soror Aaron.

t *Qui poſt emendationem.* Rabanus, & Breulius, *V*bi poſt emundationem.

u *Ecce in quantum valui Ancyritani.* Ita editio *M*adritiana, & Breulius. in Rabano hæc vox abeſt. *VV*eingartenſis, Conc. Anquirani. Iuo in Panorm. & *M*S. S. Galli. Conc. Anquiritani. Gratianus, d. c. 28. Ancyritani. *V*erba Ancyrani Concilij, quæ Iſidorum vidiſſe non dubito, ſunt hæc: Si quis adulterium commiſerit, ſeptem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur ſecundum priſtinos gradus. *V*ide cap. 3. Rabani.

x *Oſtendens eum poſſe reſtaurare proprium honorem.* *VV*eingartenſis, Reſtaurari in proprio ordine. Gratianus, & Breulius, Oſtendens eum proprio honori poſſe reſtaurari. Rabanus, Oſtendens eum poſſe reſtaurari proprio honore. Iuo, & Anſelmus, In proprio gradu.

y *Qui nec luget quæ geſſit, & lugenda ſine vllo pudore relig.* Rabanus, Qui nec luget, quæ egit, & lugenda ſine vllo pudore.

z *Concilij magis teneatur.* *VV*eingartenſis, *M*agis tueatur ſententiam. *M*S. S. Galli, *M*agis teneatur ſententia, cuius potius extat auctoritas.

a *Data ſub die pridie Kal. Mar.* Breulius, Data ſub die ſecundo Kal. *M*ar. Anno tertio regni, &c. Breulius, Regnante domino noſtro *V*icterico glorioſo rege. Caniſius, anno IV. vitiosè tamen habet. Nos ſequimur auctoritatem editionis *M*adritianæ, & *M*S. Bibliothecæ Cœnobij S. Germani Abbatis, vt eſt apud Iſidorum Breulij, qui ad illum tertium *V*icterici Regis annum hæc notauit: Erat annus Chriſti 609. Nam iſte *V*ictericus regnare cœpit Aera 645. id eſt, anno Chriſti 607. Auctores, Rodericus Toletanus lib. 2. de reb. Hiſp. cap. 16. & de ijſdem *R*odericus Santius part. 2. c. 22. ac Ioannes *V*aſæus in ſuo Chronico, ſub eodem anno.

Incipit [a] *Liber S. Iſidori, qui vocatur Synonima, id eſt, multa verba.*

Prologus.

VEnit nuper ad manus meas quædam ſchedula, quam Synonima dicunt: cuius formula perſuaſit animo quoddam lamentum mihi, vel miſeris condere. Imitatus profectò non eius operis eloquium, ſed meum votum. Quiſquis ergo ille es, libenter id perlege: & dum aduerſitatibus mundi tangeris, te ipſum cenſorio iudicio diſcute: & ſtatim agnoſces, quia quaſcumque afflictiones pateris in hoc ſæculo, retributione tibi iuſtiſſima inferuntur. Duorum autem perſonæ hic inducuntur deflentis hominis.

Explicit Prologus.

In-

Incipit Argumentum.

IN ſubſequenti hoc libro, qui nuncupatur Synonima, id eſt, multa verba in vna ſignificatione cõiuncta, ſanctæ recordationis Iſidorus [c] Archiepiſcopus ex Hiſpania, [d] introducit perſonam hominis in ærumnis præſentis ſæculi ſe ſe deflentis penè vſque ad deſperationis defluxum. Cui mirabili concurſu ratio obuians, leni hunc moderamine conſolatur, atque a lapſu deſperationis ad ſpem veniæ reformat: & quemadmodum tergiuerſantis [e] mundi lapſum incurſus euitet, formulamq. vitæ ſpiritualis arripiat, mirabiliter docet. Deinde ad contemplationis aſcenſum cum ſummopere prouehens, in arcem vſque perfectionis adducit. Is denique in perfectum virum perductus, eidem debitas rationi grates exſoluit. In [f] quo denique Opere quiſquis intenta mente Lector nititur pergere, ſine dubio reperiet, quo pacto caueat vitia, quomodo defleat peccata commiſſa, qualiterq. per lamenta pœnitentiæ reparatus, ad fructum ſanctæ operationis accedat: vt non cum [g] mundi contumelia, concupiſcentijs pereat; ſed æternis remuneratus, viuat cum Chriſto Domino noſtro, qui cum Patre, & Spiritu ſancto æqualis, viuit, & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Hic [h] Homo Rationi dicit: Anima mea in Anguſtijs, &c.

Conſtantini, Abbatis Caietani, Notæ, & variæ lectiones.

HViuſmodi Prologum, & Argumentum ad Iſidori Synonimorum libros prænotata, accepimus ex MS.vet.Cod.Bibliothecæ *V*atic. ſig. num.618. Quæ & in hunc locum ea de cauſa retulimus, vt primò Iſidoriana Breulij editio, quæ Prologum illum minimè habet, ſuppleatur: mox etiam, vt alterius editionis *M*adriti factæ, errorem vitemus. In hac enim Prologi prioris loco id ponitur, quod verè eſt librorum Argumentũ: ac ſecundo loco alterius Prologi vice, in medium adducitur, quod in primis debet eſſe, & tali cum inſcriptione: *Iſidorus Lectori ſalutem.* At Iſidorum vtriuſque huius præfationis auctorem minimè fuiſſe, cum & *V*aticani peruetuſti Codicis atteſtatione, & re ſimul ipſa pateat, nulla alia eget probatione: ac eò maximè quòd amanuenſium culpa lapſum illum euenire facilè potuerit. Cæterùm etſi iſtarum prænotationũ auctor ignoretur, nihilominus & a pietate, & ab antiquitate commendari debere, omnes ferè docti agnoſcunt.

a *Incipit liber S. Iſidori.* Sic antiquiorũ temporũ Scriptores penè omnes ſuos libros, ſuaq. litterarũ monumenta auſpicari conſueuerunt. *V*nde (vt exem-

exemplis rem illuſtremus) nonnulli ex quamplurimis MSS. quibus tamquam gemmis pretioſiſſimis noſtra ornatur Bibliotheca, hunc ipſum dicendi modum paſſim ſequuntur. Incipit Regula S. Columbani Abbatis. Incipiunt Inſtructiones S. Columbani de Fide. Presbyteri Bedæ Martyrologium incipit acri. Incipiunt Commentaria Pauli Diaconi Caſinenſis in Regulam S. Benedicti. Incipit Liber Anticimenon, id eſt, Quæſtionum de libris veteris, & noui Teſtamenti, S. Bertharij Abbatis Caſinenſis, & Martyris. Incipiunt Commentaria in Pſalmos S. Bruni Epiſcopi Signini, & Abbatis Caſinenſis. Incipit Prologus venerabilis Rainaldi S.R.E. Cardinalis, & Abbatis Caſinenſis, in Librũ Signorũ. Incipit Liber primus Hiſtoriarum Imperialium, Ioannis Ticinenſis Leuitæ, & Monachi. Incipit Prologus in *V*itas Fratrum, *V*mberti Burgundi, Ordinis Prædicatorum Generalis.

b *Multa verba in vna ſignificatione coniuncta.* Codex Madrit. & Breulius, Multa verba in vnam ſignificationem coeuntia.

c *Archiepiſcopus ex Hiſpania.* Sic etiam Breulius, ſed editio Madrit. legit, Archiep. Hiſpalenſis.

d *Introducit perſonam hominis in ærumnis præſentis ſæculi ſeſe deflentis, ne vſque ad deſperationis defluxum.* Breulius, Intr.p.h.i.æ.p. ſ. ſe eſſe deflentis, & penè vſque ad deſperationem lapſi. Codex Madrit. Intr. p. hom. lamentantis in æ. p. ſ. ſeque deflentis penè vſque ad deſperat. defluxum.

e *Mundi lapſum incurſus euitet, formulamq. vitæ ſpiritualis arripiat, mirabiliter docet.* Codex Madrit. Mundi lapſum euitet form. &c. Breulius, Mundi l. euadat, & formulam vitæ ſpiritualis, quam arripiat, mirabiliter docet.

f *In quo denique Opere.* Sic etiam Breulius. at editio Madrit. habet, In quo quidem Opere.

g *Cum mundi contumelia concupiſcentijs pereat.* Editio Madrit. & Breulius non habent vocem, contumelia.

h *Hic Homo Rationi dicit.* Editio Madrit. legit tantùm, Homo. Breulius omnibus prætermiſſis, librum inchoat.

Oratio, vel Confeſſio B. Iſidori Epiſcopi, & Doctoris.

SVccurre mihi Domine Deus meus, antequam moriar, antequam mors me præueniat, antequam tartara me rapiant, antequam flamma me comburat, antequam tenebræ me inuoluant. Subueni mihi priuſquam ad tormenta properem, priuſquam a gehennæ ignibus deuorer, priuſquam ſine termino crucier. Reus enim iudicij tui timore terreor, pauore peccati iram tuam formido; immanitate ſceleris examen tuum trepidans, conſcientia metuo. Si enim iuſtus vix ſaluabitur, ego impius vbi ero? quid faciam, dum venerit tremendi hora iudicij? cum examen venerit, quid reſpondeam? quid ero dictu-

cturus,cum ante tribunal Chriſti fuero præſentatus ? Væh diem illum, quando peccaui ;væh diem illum,quando tranſgreſſus ſum; Vtinam non illuxiſſet mihi;vtinam non eſſet ſuper me ortus;vtinam non apparuiſſet ſuper me. O dies deteſtanda! o dies abominanda! o dies penitus nec dicenda ! quæ me in hoc ſæculo protulit,quæ mihi clauſtra partus aperuit,quæ ortus mei oſtia reſerauit. Dies illa a luce in tenebras permutetur,profunda illa caligo confundat,æterna illa cœcitas obruat,amittat temporis ſtatum, omni memoria extinguatur, nulli digna ſæculi memoretur. Melius mihi fuerat non eſſe ortum,non fuiſſe genitum,melius non eſſe in ſæculo procreatũ, quàm æternos perpeti cruciatus. Optabam a peccati nexu reſolui, cupiebam a conſuetudine mala retrahi,deſiderabam a vitio recedere: ſed difficile eſt peccandi conſuetudinem vincere. Prauus vſus vix aboletur, aſſidua conſuetudo in naturam vertitur vitij, animus ſceleribus deditus,ab his diuelli neutiquam poteſt. Tanta ſunt mea vitia, vt vix euelli poſſint: vix credo peccata mea vllo ſpatio temporis exoleſcere.Vltro me miſerum ante vitiaui, ſpontaneo dudum ſtudio me pollui, propria voluntate mea me maculaui. Bonus eram, ſpontaneè ad peccatum dilapſus ſum. Liber eram, ſpontaneè factus ſum debitor mortis. Infelix ego peccatum ſponte mihi prius ipſe paraui, ego prius occaſionem peccandi amplexus ſum, nunc peccandi vſu aſtrictus teneor: mala conſuetudine me ſibi grauiter implicauit: longa conſuetudo in me vim ſibi,& legem fecit: peccandi conſuetudine, etiam quando neſcio,ſic delinquo: peccandi vſui,non optando incurro malum.Volo agere bonum,ſed deſideria conſueta non ſinunt. Prauo vſui contraire nitor, ſed carnis deſiderio aggrauor.Ad iuſtitiam me amor erigit,ſed ad peccatum conſuetudo conſtringit. Flete me cælum,& terra : lugete me omnes creaturæ: ingemiſce ſuper me vniuerſum genus, & omne, quo præuales vſu,ſuper me lamentum effunde. Peccaui enim crudeliter, lapſus ſum fortiter, cecidi grauiter,corrui miſerabiliter: nullum enim inuenitur peccatum,cuius ſordibus non ſim coinquinatus: nullus eſt enim morbus vitiorum,a quo non contraxerim contagium: nulla ſordium ſentina extitit,quæ in me miſerum non confluxerit. Probroſus,ſceleratus,flagitioſus,cunctis obrutus vitijs, innumerabiliter frequentaui impudicitiam fœditatis. Vt benè viuerem,vltro promiſi:quod pollicitus ſum,numquam ſeruaui. Semper ad peccatum redij,ſemper delicta mea iteraui: prioribus ſceleribus ſemper deteriora iunxi,numquam in melius mutaui mores, numquam a malis factis meis veraciter receſſi, plurimos etiam maculaui me perdens,

plu-

plurimos prauis moribus meis in iniquitatem peruerti, ſcelere meo multæ animæ perierunt, exemplis vitæ meæ ſubuerſi ſunt multi, ego multis cauſa malorum fui, per me multorum propoſitum maculatum eſt, per me nomen maculatum eſt ſanctitatis. Obſecra pro me plebs omnis Sanctorum, ſi fortè miſereatur mihi Deus, ſi fortè recipiat me, ſi fortè deleat peccata mea, ſi fortè auferat iniquitates meas, ſi fortè miſericordiam præſtet mihi. Iratus eſt ſuper me nimis, quia creuerunt verſiones meæ, quia multiplicatæ ſunt præuaricationes meæ. Ideo implorate pro me Dei omnipotentis miſericordiam, omnes chori Beatorum. Intercedite pro me, omnis multitudo Electorum; ne infundat omnipotens Deus ſuper me iram indignationis ſuæ propter multitudinem iniquitatum mearum. Væh mihi Domine, quia conſumptus ſum: væh mihi, quia defecit anima mea. Cur infelix natus ſum? cur in hanc miſeram vitam proiectus ſum? vt quid miſer hanc lucem vidi? vt quid miſero mihi huius vitæ ortus occurrit? Parce Domine, parce dolori meo, parce, quæſo, mœrori meo. Da veniam, da indulgentiam. Heu mihi infelici, heu mihi miſero in tantis peccatis præcipitato. Quis miſerebitur mihi? quis conſolabitur me, niſi tu Redemptor animarum? Miſerere mei, quia eſt in tempeſtatibus anima mea. Vbi es Cuſtos hominum? vbi es animarum Redemptor? vbi es o Paſtor bone? cur ſpreuiſti me? cur auertiſti faciem tuam a me? vt qui longè factus es conſolator animæ meæ? Reuertere iam Deus meus, & non me obliuiſcaris in finem, non me in perpetuum deſeras, non me in poteſtate dæmonum derelinquas. Licet enim offenſa ſit gratia, tu tamen clemens, tu patiens, tu multùm miſericors. Nullum relinquis, nullum ſpernis, nullum deteſtaris, nullum recuſas a miſericordia tua; ſed vltro offers clementiam; peccantes expectas, vt redeant. Quanti enim ſcelerati? quanti luxurijs dediti? quanti concupiſcentijs ſæculi ſaginati, bonitate tua ad indulgentiam peruenerunt? multis non merentibus gratis peccata donaſti. Oſtende igitur in me clementiam tuam, pateat mihi venia, pateat indulgentia; non abneges vni, quod plurimis largitus es. Scelera mea non defendo, peccata mea non vendico. Diſplicet mihi, quòd malefeci: diſplicet mihi, quòd peccaui. Offenſam fateor, errorem confiteor, culpam agnoſco, vocem confeſſionis aperio. Suſcipe, quæſo, vocem confitentis, attende vocem deprecantis, audi vocem peccatoris ad te clamantis. Peccaui Domine Deus, peccaui, miſerere mei, parce malis meis, ignoſce peccatis meis, dele omnes culpas meas. Si enim iniquitates obſeruaueris Do- Pſ. 129.

O mi-

mine, Domine quis ſuſtinebit? Ad examen tuum nec iuſtitia iuſti ſecura eſt. Quis eſt enim iuſtus, qui ſe audeat dicere ſine peccato? Quis præſumat contra te aliquid de iuſtitia. Nullus enim hominum abſque peccato, nullus eſt mundus a delicto. Ecce inter Sanctos nullus immaculatus. Ecce qui ſeruiunt Deo, non fuerunt ſtabiles, & in Angelis reperta eſt prauitas. Aſtra munda non ſunt coram te: cæli non ſunt mundi in conſpectu tuo. Quantò magis ego abominabilis, & putredo, & filius hominis vermis: qui hauſi quaſi gurgites, peccata: & bibi quaſi aquas, iniquitates? Qui habito in domo lutea, qui commoror in puluere, qui terrenum habeo fundamentũ? Memorare Domine, quæ ſit mea ſubſtantia: memento, quia terra ſum: memento, quia puluis ſum, & cinis. Operi manuum tuarum porriges dexterã. Conſule infirmæ materiæ, ſuccurræ humanæ fragilitati. Patent tibi vulnera mea, coram te ægritudo mea; tu vides, quantùm ſauciatus ſum, & languidus; medicinam, qua ſaner, tribue: medelam, qua curer, impende: refice infectum vitijs, reforma corruptum peccatis, extingue in me flammam concupiſcentiæ, iacula ignita diaboli vltra me non penetrent, & non exardeſcant in me vlterius. Tu enim ſcis tempeſtationes, quas fero: tu ſcis fluctus, quos patior; tu noſti tempeſtationes, quibus percutior; vbi lapſus ſum, vbi defluxerim, vbi infelix demerſus ſum, tu ſcis. Incurri enim negligens in ruinam: corrui incautus in turpitudinis foueam: decidi in cœnum flagitiorum: deſcendi in profundum malorum. Eripe animam meam ab infernis: erue me de immaniſſimo abyſſo: non me concludat profundum: non mihi deneget exitum. Ecce dies metuendus iam imminet: iam vltimus dies appropinquat: inſtant limites vitæ: nihil ſupereſt mihi præter ſepulchrum. Parce mihi antequam eam; munda me, antequam ab hac vita egrediar; ſolue, priuſquam moriar, peccatorum vincula, Trinitas ſancta: qui viuis, & regnas in vnitate Deitatis, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Iob 4. Iob. 15. Ibid. Iob 4. Iob 14.

Conſtantini, Abbatis Caietani, Notula.

HAnc a S. Iſidoro, Hiſpalenſi Epiſcopo, confectam Orationem, præterquam quod ex MS. perantiquo Codice Bibliothecæ noſtri Cœnobij Sublacenſis nos excripſiſſe meminimus, nihil aliud de ea habemus animaduerſione dignum.

Finis Opuſculi Primi.

Et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam, Deus.

Illu-

Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis,

TOLETANO HISPANIARVM PRIMATI, AC ZAMORENSI, ET OVETENSI, EPISCOPIS,

Earumdemq. Ciuitatum Prætoribus, ac Senatoribus, omni virtute conſpicuis,

Domnus Conſtantinus Caietanus, Abbas S. Baronti, ex Congreg. Caſinenſi, Salutem, & Felicitatem.

QVI Virorum ſanctitate, ac doctrina illuſtrium præclarè geſta, & ſapienter ſcripta poſteris euulgant (Antiſtites optimi, & ornatiſſimi Magiſtratus) benè de hominum ſocietate mereri, iure quidem exiſtimantur. Hac enim ratione fit, vt eos, quos fama tantùm nouimus, quippe multis ante ſæculis defunctos, rurſus in lucem quodammodo reuocari litterarum beneficio videamus: & nobis ante oculos poſitos in eorum ſcriptis, & vita ſanctiſſimæ monumentis identidem ſeſe offerentibus intueamur. Ex quo illud etiam maximi faciendum conſequitur: vt ij, qui dum inter nos in hac vita mortali verſabantur, verbis, & exemplis humano generi profuerunt, poſt obitum quoque inter cælites æuo ſempiterno fruentes, iugiter prodeſſe nõ deſinant. Itaque cur Ildefonſi Hiſpaniarum olim Præſulis ſanctiſſimi, & doctiſſimi, & inter Benedictinæ Religionis præcipua decora: atque (vt paucis verbis uniuerſas eius laudes complectar) illius, qui pro ſua erga Deiparam Virginem eximia pietate, & ueneratione admirabilem ueſtem ab ea accepit: quæ in hanc uſque diem apud uos (ampliſſimi Præſules, uoſque clariſſimi Prætores, & Senatores) magna cum religione, iure optimo cuſtoditur, in ſingularis amoris pignus, ac teſtimonium in omnem poſteritatem memorandum. Cur, inquam, tanti Viri uita, ac actiones a me in lucem edantur, ex his non obſcura, ut arbitror, cauſa eſt. Qua autem ratione permotus, ſub ueſtro nomine ea prodire voluerim, ne id quidem ambiguum fore puto ijs, qui meminerint ex tribus hiſce Ciuitatibus Ildefonſum unam natali ſuo illuſtraſſe, & ſimul cum tota Hiſpania Antiſtitem optimum, ad benè, beatèq. uiuendum non minus uerbis, quàm exemplis erudijſſe; alteram ſacri corporis ſui theſauro celebrem reddidiſſe; tertiam denique ueſte illa cælitus allata exornaſſe. Quamquam & in Vrbe Toleti Gentilium meorum Caietana Familiæ proſapia, quæ Piſis illuc ante quingentos & amplius annos emigrauit, nonnullam mihi erga eam nobiliſſimam Ciuita-

Caietani Toleti commorantes.

Digitized by Google

tatem animi propenſionẽ, & peculiarem amoris affectum inducere potuit. Accipite igitur libenter Ildefonſum veſtrum, cuius (quæ veſtra eſt inſignis religio, & pietas erga ſuperos, cæteris etiam Gentibus notiſſima) vos non ſolùm memoria, & cogitatione; ſed etiam nomine ipſo delectari, atque adeo recreari (vt Ciceronis verbis vtar) mihi videor intueri. Ego certè pro laboribus, quos in huius Viri geſtis illuſtrandis, & recognoſcendis adhibui, ſatis amplam mercedem me conſecutum putabo, ſi uobis placuiſſe accepero: quorum iudicium, & auctoritatem in maximo pretio, & honore (vt par eſt) ſemper habui. Valete, Romæ, ex Palatio Apoſtolico, die feſto S.P.N. Benedicti. A.C.MDCXVI.

Cic. de ſom. Scip. in prin.

S. ILDEFONSVS EPISCOPVS TOLETANVS, SECVNDVM IN HOC OPVSCVLO RELIGIONIS BENEDICTINAE LVMEN.

QVAE AD VITAM, LAVDEMQ. Sancti Ildefonſi faciunt.

Martyrologium Romanum ſub X. Kal. Febr.

TOleti, S. Ildefonſi Epiſcopi: qui ob ſingularem vitæ integritatem, ſuſceptamq. defenſionem aduerſus hæreticos, Dei Genitricis virginitatem impugnantes, ab eadem candidiſſima veſte donatus eſt, ac demum ſanctitate celebris in cælum vocatus.

S. Iulianus, Epiſcopus Toletanus, in Appendice ad libellum S. Ildefonſi de Viris illuſtribus. Cap. XV.

ILdefonſus memoria ſui temporis clarus, & a irriguis eloquentiæ fluminibus exornans ſæcula b ætatis noſtræ, nouiſſimè Toletanæ Sedis adſcitus in Cathedram, Præſul poſt ſecũdum Eugenium in Sacerdotium conſecratur. Vir tanta laude digniſſimus, quanta & virtutum gratia numeroſus. Fuit denique timoris Dei inſtantia præditus, religione compunctus, compunctione profuſus, inceſſu grauis,

uis, honeſtate laudabilis, patientia ſingularis, ſecreti tacitus, ſapientia ſummus, diſſerendi ingenio clarus, eloquendi facultate præcipuus, linguæ flumine copioſus: tantoq. eloquentiæ cothurno celeber habitus, vt diſputationum eius profuſa oratio dum porrectè dirigitur, meritò non homo, ſed Deus per hominem affatim [d] eloqui crederetur. Hic igitur ſub rudimentis adhuc infantiæ degens, diuino [e] tactus ſpiritu, vita delectatus eſt monachorum: contemptiſq. parentum, [f] rerumq. mundanarum affectibus, Agalienſe Monaſterium petijt: cuius fugam rabido furore inſequens pater, vno tantùm maceriæ impeditus eſt obice, quo & furentis eſt deluſa quæſitio, & fugientis ſaluata deuotio. Nempe parentis furor dum præcitus in interiora prætenderet, latibulum, quo hic vir [g] oculebatur, reliquit. Sicque præterita incurata pertranſijt: & in anterioribus, quæ [h] præterierat, inquiſiuit. Armata deinde manu Agalienſem cellam impetens gladio, dum quæſitum non inuenit, rediens [i] in propria, [k] vt perditum deplorauit. [l] Percognita igitur præfatus vir abſentia parentali, Agalienſe illico Monaſterium adijt: monachumq. ſe in eo multis ferè annis decenter exhibuit. Cœnobium quoque Virginũ in [m] Deibienſi villula conſtruxit, ac proprijs opibus [n] decorauit. Rector deinde effectus Agalienſis Cœnobij, monachorum mores exercuit, rem diſcreuit, vitamq. ſeruauit. Principali [o] poſt hæc violentia Toletum reducitur: atque inibi poſt deceſſoris ſui obitum Pontifex ſubrogatur. Scripſit ſanè quamplurimos libros luculentiori ſermone potiſſimos, quos idem in tot partibus cenſuit diuidendos, id eſt, librum Proſopopœiæ imbecillitatis propriæ; libellum de Virginitate S. Mariæ contra tres infideles; opuſculum de Proprietate perſonarum, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; opuſculum annotationum actionis [p] diurnæ; [q] opuſculum annotationum in Sacris; [r] opuſculum annotationum in Sacramentis; librum de Cognitione Baptiſmi vnum, & de Progreſſu ſpiritualis deſerti alium. Quod totum primæ partis voluit volumini connectendum. Partis quoque ſecundæ liber Epiſtolarum eſt, in quo diuerſis ſcribens, ænigmaticis formulis egit, perſonaſq. [ſ] interdum induxit: in quo etiam a quibuſdam luculentiora Scriptorum reſponſa promeruit. Partem ſanè tertiam Miſſarum eſſe voluit, Hymnorum, atque Sermonum. Vlterioris denique partis liber eſt quartus, verſibus, proſaq. [t] concretus; in quo epitaphia, & quædam ſunt epigrammata annotata. Scripſit autem & alia multa, quæ varijs rerũ, ac moleſtiarum occupationibus impeditus, aliqua cœpta, aliqua ſemiplena reliquit. Adſcitus autem in Pontificatum, nono glorioſi [u] Recceſuinthi Principis anno, nouem annis,

&

& duobus ferè menſibus, clarus habitus fuit vitæ meritis, & retentatione regiminis: expletoq. octauo decimo prædicti Principis, anno ſequenti, die decimo * Kalendas Februarij, domicilio carnis exuitur: atque in Eccleſia Beatæ Leocadiæ tumulatur, ad pedes ſui conditus deceſſoris, cum quo creditur æterno frui receptaculo claritatis.

Conſtantini, Abbatis Caietani, in ſuperius S. Iuliani de S. Ildefonſo Elogium, Notæ, ac variæ Lectiones.

HOc de S. Ildefonſi vita, ſcriptisq. teſtimonium, quod Card. Baronius ex Vaticana Bibliotheca depromptum Annalibus ſuis, & ad Martyrologium Rom. notis, abſque auctoris tamen nomine inſeruit, in alijs editis omnibus Iuliano (haud dubium quin Epiſcopo Toletano) adſcribitur. In nonnullis autem codicibus Felici Toleti item Epiſcopo tribui, teſtatur non nemo. Verùm notarij errore id potius eueniſſe, docet nos inter alia, vetuſtiſſimus Bibliothecæ Caſin. MS. codex, qui poſt libros Hieronymi, Gennadij, Iſidori, & Ildefonſi de vir. ill. & ante eam initam de Ildefonſo narrationem, ita præmiſit: *Adnotatio iſta a Iuliano Toletano Epiſcopo edita eſt.* Sed & in editione Madrit. atq; Breul. poſt illum Ildefonſi librum, & ante ipſum Iuliani elogium, mox ita legimus: *Hactenus Ildefonſus. Hinc Iulianus.* Ad hæc, cum idem Ildefonſi liber quatuordecim capitibus abſoluatur, hoc Iuliani ſcriptum, quod Appendicis nomine aliàs prænotatur, in MS. Caſinenſi, quintidecimi capitis titulo etiam inſignitur. Addo etiam: Cum in illius encomij limine ſalutetur Ildefonſus, vtpote qui irriguis eloquentiæ fluminibus ea ætatis Scriptoris ſæcula exornarit, ac Toletanæ Sedis in Cathedram nouiſſimè fuerit adſcitus; congrua quidem hæc erunt Iuliano poſt Quiricum Ildefonſi ſucceſſori, non Felici, qui non niſi elapſis quamplurimis ab Ildefonſo annis eãdem rexit Sedem. Hic autem Iulianus, quem nonnulli Rerum Hiſpanicarum Scriptores cognomento Pomerium falsò nominant, fuit in omni litterarum genere doctiſſimus. Magiſter Sententiarum de igne Purgatorij, ac Inferni ediſſerens, illius auctoritate ſuam confirmat opinionem. Egregijs etiam virtutibus, ac miraculis, & in vita, & poſt mortem cum ipſius beatitas effulſerit; ea de re illius feſtiuitatem VIII. menſis Martij die quotannis celebrandam, Catholica inſtituit Eccleſia.

Hab. MS. ſig. num. 109.

Magiſt. Sent. lib. 4.

Quod autem ad nomen Ildefonſi ſpectat, id variè ſcriptum offendi tam in vulgatis, quàm manu exaratis libris. Ildephonſus enim, & Ildefonſus: aut Illephonſus, & Illefonſus, vel Hildefonſus, & Hildephonſus a quibuſdam: Alfonſus verò, vel Alphonſus ab alijs notatur. Ildefonſi tamen lectionem, qua & accurati quique Scriptores vt plurimum vtuntur, nos etiam ſequi voluimus.

a *Irriguis eloquentiæ fluminibus exornans*. ita cod. Madrit. & Breulius. MS. Caſin. irriguus el. flum. ſed Francofurt. irriguus eloquentia flum. exornatus.

b *Aetatis noſtræ, nouiſſimè Toletanæ Sedis*. eodem modo Madrit. & Breul. ſed

Digitized by Google

ſed M.S. Caſin. & Francofurt. Ætatis noſtræ nouiſsimus, Toletanæ Sedis.

c *Compunctus*. Caſin. comptus.

d *Eloqui*. Caſin. eloquio.

e *Tactus*. Coactus, Francofurt.

f *Rerumq. mundanarum affectibus*. Caſin. & Francofurt. legg. Rerumq. affectibus.

g *Oculebatur*. Madrit. & Breul. at Caſin. & Francofurt. occultabatur.

h *Præterierat*. Præteriebat, Caſin.

i *In propria*. Ita Caſin. & Francofurt. ſed Breul. & Madrit. in propriam.

x *Vt perditum*. Francofurt. vitioſè, perdictum.

l *Percognita*. Breul. & Madrit. Præcognita, Caſin. & Francofurt.

m *Deibienſi villula*. Caſin. Deiuiſenſi vill. at Francofurt. Deibienſi monaſterio villula conſtruxit.

n *Decorauit*. Breul. & Madrit. Caſin. dedicauit. Francofurt. ædificauit.

o *Poſt hæc*. Poſt hanc, Francofurt.

p *Diurna*. Diuinæ, Francofurt.

q *Opuſculum annotationum in Sacris*. Solus Francofurt. cod. hoc non habet.

r *Opuſculum annotationum in Sacramentis*. MS. Caſin. in hoc concordat cum Francofurt. cod. id tamen Breul. & Madrit. non habent.

ſ *Interdum induxit*. Francofurt. *Priuſquam* in titulum induxit.

t *Concretus*. Contextus.

u *Receſuinthi*. Sic Madrit. & Breul. Receſſundi, Francofurt. & Caſin. Regis Suinthi.

x *Kalendas Februarij*. Caſin. Kalendarum Februarium.

In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Incipit Vita, vel Geſta S. Ildefonſi, Toletanenſis Sedis Metropolitani, a B.[*] Eladio Epiſcopo eiuſdem Vrbis, edita X. Kal. Februarij. [*] Cixila.

ECce dapes melliſluæ illius [a] Domni Ildefonſi, quas de paradiſo Dei rapiens, & per totam Heſperiam diſpergens, inediam noſtram ingenti ſatiauit eloquio: non impar meritis ſanctiſſimi illius Domni Iſidori, de cuius fonte adhuc clientulus, puriſſimos latices bibit. Nam directus a ſancto, ac venerabili Papa Eugenio, Toletanæ Sedis Metropolitano Epiſcopo, ad ſupradictum Doctorem, Hiſpalenſem Metropolitanum Epiſcopum, cum ſibi iam ſciolus videbatur, adeo ab eo tentus, & elimatus eſt: &, vt ferunt, [c] tempore aliquo ferro conſtrictus, vt ſi quid ſcientiæ deeſſet, plenius inſtructus, ad pædagogum ſuum Domnum Eugenium remeans: non poſt multos dies adhuc [d] Diaconi officium peragens, in Eccleſia SS. Coſmæ & Damiani, quæ ſita eſt in Suburbio Toletano, Abbas præficeretur. Vbi ſtatim in officio clarens, duas Miſſas in laudem ipſorum [e] Domino-

B. Ildefonſi inſtitutio.

Munus.

minorum, quas in feſtiuitate ipſorum pſallerent, miro modulationis modo perfecit, quas [f] Miſſas infra annum notatas habemus. Deinde poſt multum tempus, decedente Domino Eugenio, in Sede ſua Epiſcopus præficitur. Cuius ſtatim virtus enucleata [g] cluens in Sede Romulea[h] refulſit: & veluti facula ardens [i] omnem Hiſpaniam perluſtrauit: cuius doctrina vſque hodie [k] fulget Eccleſia, vt ſol & luna: cuius memoria in [l] benedictione odoris, & in compoſitione incenſi habetur. Qui ab ipſis cunabulis, & [m] ab ineunte ætate eunuchus permanens, magnum in ſe habitaculum Domino præparauit: qui [n] non manubrio, vel manu, ſed diuino ſecatus eſt gladio: nec ingenio ferramentorum reſecauit libidinem, ſed munere cæleſti promeruit ſanctitatem. Qui ſubitò dono ſuperno afflatus, [o] his tantis, talibuſq. prædeceſſoribus ſuis æqualiter clarens: quod illis clauſũ fuerat, iſti reſeratum eſt. Sic enim habitator ſuus Spiritus ſanctus egit: vt quod iſte celabat intus, ille patefaceret foris: & vtrobique [p] apparatus, adiutor fortiſſimus occurreret: vt iſti ordinaret, [q] quid in laudes Virginum panderet; illis reuelaret [r] aliquid mirum, quod in athletam oſtenderet: [ſ] vnde fidei eius meritum coram hominibus declararet, & laborantem in agone [t] ſpirituali donarijs ſuis non euacuaret. [u] Sic enim egit, vt quod per tot annos populis deſiderantibus nec dũ[x] oſtenſum fuerat illis, iſti patefaceret primùm: & reliquias ſanctæ, ac Deo dicatæ [y] virginis, & confeſſoris ſuæ Leocadiæ, adueniente Rege, in Sede regia, ſua feſtiuitate, omnibus adſtantibus præſentaret: & ipſo ante ſepulchrum eius genibus [z] prouolutus, tumulum, in quo eius ſanctiſſimum corpuſculum vſque hodie humatum eſt, vt exiliret, & operculum, quod vix triginta iuuenes [a] mouere poſſent, non humanis manibus, ſed Angelicis [b] eleuatum: velum, quod ſanctæ Martyris membra [c] tegebat, viuens foris ſubmitteret, & veluti manibus hominum extenſum conſpectui eius virgo pulcherrima exhibens, aduentaret, clamantibus Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, clero, atque omni populo Deo gratias in cœlo, Deo gratias in terra, nemine tacente. Ipſe [d] verò manibus ſtatim complexans, [e] & aſtringens, talia fertur depromere vota, vociferans cũ omni populo, & clamãs: Deo gratias, viuit Domina mea, per vitã [f] Ildefonſi. [g] Id ipſum repetens Clerus, vehementer pſallebat, Allelu-ia: & canticum, quod ipſe Domnus Ildefonſus [h] nouiter fecerat: Specioſa facta es, Allelu-ia: & alia, quæ in ipſa Miſſa, quæ ſubter eſt annotata, in laudem eius deprompſerat. Clamabat inter voces populi velut mugiens, vt aliquod inciſorium deferrent, vnde quod manibus tenebat, præcideret: & nemo illi accurrebat,

Caſtitas.

Reliquiæ S. Leocadiæ diuinitus reuelantur.

bat, [l] quia populus vaſtis ictibus,rictibusq. frendebat. Nam & ſancta virgo quod voluntate ſubmiſerat, violenter retrahebat. [k] Sic Princeps quŏdam Recenſuindus, qui eius tempore erat,gloria & ferocitate terrena depoſita, qui eum ob iniquites ſuas [l] increpatus, ſuperbo oculo intuebatur, cultrum modicum, quem in theca tenebat, cum lacrymis offerebat: & collo ſubmiſſo ſupplices manus a throno ſuo extendens,vt eum illi deferrent,inſtanter deprecabatur: poſtulans, vt indignum non iudicaret [m] ſe iam cum lacrymis offerentem. Quem ille apprehendens,quod manu læua iam modicum tenebat, dextra præcidit: & cultrum ipſum vnà cum [n] eiſdem reliquijs,thecis argenteis collocauit; indignum iudicans, vt qui ſancta præciderat, eum polluta vltra [o] tangeret requirentis manus: qui quantùm valebat, vicario iure ſibi illum præcipiebat impendi.

His peractis, quia longum eſt iſta omnia [p] enodare, cuncta, quæ vſui pertinebant ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ,in Dei laudibus vſquequaque completa ſunt. His excuſſis alia adhuc miracula Spiritus ſanctus per eum in ipſo Dominico aduentu, non poſt multos dies peregit. Sed quia omnia longa ſunt recenſere, quæ eius temporibus in Toletana vrbe Domnus Vrbanus, & Domnus Euantius per eum facta narrabant, vel ex multis pauca [q] progrediamur. [r] Quamuis qui mecum audierunt hæc, cum hæc legerint, dolebunt prætermiſiſſe me tam multa, & magna [ſ] quæ mecum ſciunt. Superueniente verò [t] die ſanctæ & ſemper Virginis Mariæ, ante tres dies, tribus diebus Litanias peregit: & [u] Miſſam ſupraſcriptam, quæ in eius laude decantaretur, perfecit, quæ eſt ſeptima. At vbi ventum eſt ad eius ſanctam ſollemnitatem, ſupradictus Rex minus de timore Dei ſollicitus, & de ſuis iniquitatibus malè conſcius, ad audienda ſollemnia regali de more acceſſit. Nam rebus Dei Ildefonſus maiori adhuc munere fretus, dum Dominæ ſuæ, cui Deo præſule ſeruiebat, celebritatem euans ſuſciperet: & in laude Genitricis Dei hoc, quod ſupra [y] notauimus, ſummo cum cordis affectu armoniæ modulatione compoſita [z] muſicæ aptaret: & libellum Virginitatis more Synonimo teſtimonijs veteris, ac noui teſtamenti plenum promptè ederet, & digna facundia ac magnificentia præfatæ Dominæ ſuæ exornaret: dum [c] ante horas matutinas, ſolito more, ad obſequia Deo peragenda conſurgeret, & vigilias ſuas Domino conſecraret; Diacono, vel Subdiacono, atque Clero ante eum cum [d] faculis præcedentibus; ſubitò oſtia aperientes,& Eccleſiam intuentes, atque ſplendori cæleſti [e] oculos defigentes, lumen, quod ferre non valuerunt, cum tremore effugientes: lampadas, quas manibus tene-

P bant,

bant, reliquerunt: & ſua veſtigia, per quæ venerant, adeuntes, prope mortui reuerſi ſunt ad ſodales. Sollicitè omnis congregatio [f] requirit, quid de Dei ſeruo ageretur cum Angelicis [g] choris; quod tam ſubitò [h] expauerint cuſtodes, [i] & terga ab oſtio Eccleſiæ dantes, [k] reuerſi ſunt ad proprias ſedes. At ille ſibi benè conſcius, ante altare ſanctæ Virginis procidens, reperit in Cathedra ipſã Dominam ſedentem, vbi ſolitus erat Epiſcopus reſidere, & populum ſalutare, (quam Cathedram nullus Epiſcopus adire [l] tentauit, niſi poſtea Domnus Siſibertus, qui ſtatim Sedem ipſam perdens, exilio relegatus eſt) & eleuatis oculis aſpexit in circuitu eius, & vidit omnem abſidam Eccleſiæ repletam Virginum turmis, [m] de Canticis Dauid modulata ſuauitate aliquid decantantibus. Aſpiciensque in eum (vt ipſe ſibi conſcius, & benè Kariſſimis referebat) [n] hac eum allocuta eſt voce: Propera in occurſum meum ſerue Dei [o] rectiſſime, accipe munuſculum de manu mea, quod de theſauro Filij mei tibi attuli: Sic enim tibi opus eſt, vt benedictione tegminis, quæ tibi [p] danda eſt, in meo tantùm [q] die vtaris. Et quia oculos fidei fixos in meo ſemper ſeruitio tenens permanſiſti, & laudem meam, diffuſa in labijs tuis gratia, dulciter in cordibus fidelium depinxiſti: & veſtimentis Eccleſiæ iam in hac vita ornatus eris, & in futuro in promptuarijs meis cum alijs ſeruis Filij mei lætaberis. Et hæc dicens, ab oculis eius, vna cum Virginibus, & luce qua venerat, remeauit. Remanſit igitur Dei ſeruus in tantum [r] ſollicitus de adipiſcenda gloria, in quantum præſcius de ſibi donata palmæ victoria. Præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Deo Patre, & ſancto Spiritu, viuit, & cuncta regit, per infinita ſemper ſæcula ſæculorum. Amen.

B Virgo Maria apparet Ildefonſo.

Cæleſti eum veſte donat.

Explicit Vita, vel Geſta S. Ildefonſi.

Conſtantini, Abbatis Caietani, in ſuperiorem S. Ildefonſi Vitam, Notæ, ac variæ lectiones.

I*Ncipit Vita, vel Geſta S. Ildefonſi, &c.* Hæc S. Ildefonſi Vita ex perantiquo Bibliothecæ noſtræ MS. Codice a nobis adhuc edita, habetur poſt eiuſdem Ildefonſi librum, De Laudibus *B.* Virginis Mariæ: ſicut etiam a *Baſilio* Melanio, Caſinenſis Congregationis Monacho, Latinæ, Græcæq. linguæ doctiſſimo, vnà cum eodem libro, *Baſileæ*, anno Chriſti MDLVII. iuris publici facta eſt: falsò tamen *B.* Elladio (ſi hunc ipſum qui Toleti Epiſcopus, multò ante Ildefonſum obijt, credimus) inſcripta. Hanc & Franciſcus Feu-ardentius ad iam dictum Ildefonſi librum Præfationis loco adiecit: ſic enim habet: *Diui Iuliani Pomerij, Toletanæ Sedis Diaconi, Præfatio in Librum Ildefonſi, eiuſdem Sedis Archiepiſcopi, de Laude intemeratæ ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ ei viſibiliter in die Aſſum-*

Ap. Margarinum de la Bigne, to.9. Bibliothec. Patr. edit.1.

Digitized by Google

Aſſumptionis ſuæ apparuit, veſtimentumq. ei dedit. Porro Ildefonſus, vt re ipſa patet, ſuo Libello præfationem attexuit; hoc verò de illius Vitæ laudibus Scriptũ, nullo modo præfationis titulo donari debet. Reuera Codex noſter ante hunc S. Ildefonſi Librum, excerpta quædam habet ex ijs, quæ S.Iulianus de ipſo ſcripſit. Præterea, quod ad huius *V*itæ Auctorem ſpectat, nil certi habeo, quod dicam. Etſi enim Iulianus, Toletanus Epiſcopus, poſt Quiricum Ildefonſi ſucceſſor, Diaconi honore in Eccleſia Toletana (Felice Toleti item Epiſcopo atteſtante) potitus ſit, nihilominus (vt ex pluribus vnum proferam) cum is, quiſquis ſit, Siſiberti, qui prædicto Iuliano mortuo in Toletana Sede ſucceſſit, meminerit; Iulianus iſte Diaconus, ille, qui poſtmodum adeptus eſt Epiſcopatum, eſſe non potuit. Ad hæc, cum in Codice noſtro legatur: *A B.Elladio Epiſcopo eiuſdem vrbis edita*. vel in ea Sede poſt Ildefonſum alius concedendus eſt Epiſcopus, nomine Elladius: vel in huius *V*itæ inſcriptione mendum irrepſiſſe, vt Cixilæ loco ſuffectus ſit Elladius: vel denique dixerim, binomium extitiſſe Cixilam, ſicut & in alijs, qui incomperto nomine nuncuparentur, videre eſt. Cixilam enim ex *Benedictino* Agalienſi, Ildefonſi in eadem Abbatia ſucceſſorem, Toleti longè poſt Epiſcopum, eiuſdem S.Ildefonſi Vitam contexuiſſe, *Hiſpaniæ* Scriptores teſtantur. Subdubitant alij, an hæc ipſa *S*.Ildefonſi *V*ita, præfationis titulo a Feu-ardentio inſignita, ipſius Cixilæ ſit: immo & Ioannes Mariana videtur, id patenter ſatis affirmare dum ait: *Cixila Illefonſi ſucceſſor, hæc omnia memoria propagauit, ex ore Vrbani Archiepiſcopi item Toletani, atque Euantij Archidiaconi, accepta, quibus per ætatem licuit rei geſtæ miraculo intereſſe*. Et iterum: *Petro ſucceſſit Cixila, is qui Diui Illefonſi Vitam ſcripſit*. Nam quis fuerit Iulianus ille Diaconus Toletanus, cognomento Pomerius, niſi in æquiuocis laborandum ſit, ingenuè neſcire me fateor.

Felix Epiſc. Tolet. Vit. Iul. Tolet. in append. l b. Ildef. de vir. illuſtr.

Io. Mariana de reb. Hiſp. lib. 6. c. 10.

Id. lib. 7. c. 6

Quod ad varias illius *V*itæ lectiones attinet, cum vniuerſus ſcripturæ contextus ſit ex noſtro MS. animaduerſiones proinde erunt ex illo Feuardentij exemplari Pariſijs excuſo.

a *Domni*. *V*ulgati hab. Domini, quoties noſter MS. hab. Domni.

b *Spalenſem*. Ita MS. & *B*aſil. editio. Iſpalenſem, Pariſ. At Spalis, & Spalenſis, ſuppreſſa prima ſyllaba, pro *H*iſpalis, & *H*iſpalenſis, tam in MSS. Codd. quàm editis paſſim legitur: ſic Græci *H*iſpaniam, *S*paniã vocant, vt etiam nonnulli ex Latinis antiquiores.

c *Tempore aliquo ferro conſtr*. *V*itioſè *B*aſil. Tempore fero conſtr.

d *Diaconi*. Baſil. Cod. Diaconij.

e *Dominorum*. Ita MS. & *B*aſil. ſed Pariſ. Diuorum.

f *Miſſas infra annum notatas*. Pariſ. Miſſas notatas.

g *Cluens*. Lucens.

h *Refulſit*. Effulſit.

i *Omnem Hiſpaniam*. Omnem ſuam *H*iſp.

K *Fulget Eccleſia vt ſole luna*. Fulget, vt ſol & luna.

l *Benedictione*. *B*enedictionibus.

m *Et ab ineunte ætate*. Et in abeunti ætate.

n *Qui non manubrio, vel manu*. Qui non manubrio materiali manus.

o *His tantis, talibuſq*. Tantis, talibuſq.

p *Apparatus.* Adoperatus.
q *Quid.* Quod.
r *Aliquid mirum, quod in.* Quod aliquid mirum in.
ſ *Vnde. V*num.
t *Spiritali de donarijs.* Pariſ. Spirituali donarijs.
u *Si enim egit, M*S. Sic enim egit, *B*aſil. Sic enim agit, Pariſ.
x *Oſtenſum fuerat illis, iſti pateſ.* Pariſ. fuerat oſtenſum, illis iſte pateſ.
y *Virginis, & confeſſoris ſuæ Leocadiæ, aduenienti in ſede ſua regia. V*irginis Leocadiæ aduenienté Rege in ſ.r.
z *Et ipſo ante ſepul. eius gen. prouoluto, tumulus, in quo ſanctum eius corpuſc. v.h.h.e. exiliret, & operculo.* Sed Pariſ. Et aute ſepulchr. e. g. prouolutus, tumulum, in q. eius ſanctiſſ. corp. v.h.h.e. vt exil. & operculũ.
a *Mouere. V*itioſè Pariſ. Monere.
b *Eleuatum.* Eleuato.
c *Tegebat, viuens foris ſubmitteret, & v. m. h. e. conſpectui eius v. p. exhibens, adu. c. Epiſcopis, Presb. Diac.* Tegebat, conſurrexit, tamquam illud ipſa viuens foras ſubmitt. & v. m. h. extenſum, eleuaretur, atque c. e. v. p. obſequens adu. c. e. Principibus, Presb. Diac.
d *Ipſe.* Ipſa. e *Et. V*t.
f *Per vitam Ildef.* Per Ildefonſi.
g *Idipſum,* Et ipſum.
h *Nouiter.* Grauiter.
i *Quia populus vaſtis ictibus.* Et populus vaſtis vocibus.
K *Sic Princeps q. Recenſuindus, qui eius.* Sed & Princ. q. Receſſuindus,
l *Increpatus.* Increpitus.
m *Se iam cum.* Sua cum.
n *Eiſdem reliquijs thecis arg.* Reliquijs tectis arg.
o *Tangeret requirentis manus, qui q.v.v.i. ſibi illum præcipiebat i.* Tangeret. Requirentis manus quantum vicario iure præcipit i.
p *Enodare.* Enucleare.
q *Progrediamur.* Aggrediamur.
r *Quamuis qui mecum aud. hac, cum hac leg.* Quia qui hoc mecum aud. cum hoc leg.
ſ *Quæ.* Quæcumque.
t *Die ſancta & ſemper Virg.* Die Aſſumptionis ſanctæ & ſemper Virg. corruptè tamen. Quod ſi quidpiam huic periodo noſtri MS. adijciendum cenſerem, loco Aſſumptionis, reponerem, Annunciationis. Ita enim (vt alios nunc omittam) Ioannes *V*aſæus: *Cum B. Alphonſus ad matutinas horas de nocte ſe conferret, clero comitatus & populo, librum, quem de perpetua ipſius virginitate ſcripſerat, manu geſtans, idque XV. Kalendas Ianuarias, quo die (vt diximus) ex decimi Concilij Toletani Decreto, Commemoratio Annunciationis glorioſiſsimæ Virginis tota Hiſpania celebratur.* Inſtitutum verò eſt hoc feſtum (vt idem ait *V*aſæus:) *Quia dies ſollemnis Annunciationis frequenter cadit in diem ita propinquum Paſsioni, aut Reſurrectioni Dominicæ, vt ab Eccleſia, & populo Chriſtiano, proprio die, de more celebrari non poſsit.*

Io. Vaſ. Hiſp. Chron. ſub ann. 662.

Idē vbi ſup. ad ann. 655.

u *Miſſam ſupraſcriptam, quæ in eius.* Miſſam, quæ in illius.

x *Domi-*

x *Dominæ ſuæ, cui D. p. ſ. celebritatem ouans*. Dominæ ſuæ ſollemnia, C.D. *p. ſ.* ouans.
y *Notauimus ſummo cum cordis*. Prænotauimus ſummo cordis.
z *Muſicæ aptaret*. Carmina appararet.
a *Synonimo*. Synonimæ.
b *Præfatæ*. Iam præfatæ.
c *Dum ante horas matutinas, ſolito more, ad obſequia Deo peragenda conſurgeret, & vigilias ſuas Domino conſecraret*. Abeſt hæc periodus a noſtro MS. & *Baſil.* edit.
d *Faculis*. Vaſculis.
e *Oculos defigentes*. Aciem difigentes.
f *Requirit*. Requirens.
g *Choris viderunt, quod*. Choris quod.
h *Expauerint*. Expauerunt.
i *Et*. Vt &.
k *Reuerſi ſunt*. Reuertebantur.
l *Tentauit poſtea, niſi*. Tentauit, niſi p.
m *De canticis*. De canticulis MS. noſter.
n *Hac*. Sic.
o *Rectiſsime*. Chariſsime.
p *Danda*. Data.
q *Die*. Seruitio.
r *Sollicitus*. Securus.

S. Ildefonſi Vita, quæ auctoritate Apoſtolica approbata, per lectiones diſtincta, in eius Officij die Feſto apud Hiſpanos præcipuè legi ſolet.

ALfonſus, qui & Illefonſus ab alijs dicitur, natione Hiſpanus, Toleti nobiliſſimis, Stefano, & Lucia, parentibus ortus: omnique cura nutritus, liberalibus diſciplinis inſtructus eſt. Primum habuit præceptorem Eugenium Toletanum Antiſtitem, a quo miram ob indolem, Hiſpalim ad Iſidorum, mira tunc eruditione pollentem, eſt miſſus. Duodecim apud Iſidorum commoratus annos: tandem fruge bona, doctrinaq. ſana imbutus, Toletum remeauit ad Eugenium. Poſtquam verò factus eſt ob vitæ candorem, peritiamq. non vulgarem, ab Eugenio Archidiaconus: mundi cupiens laqueos declinare, in Agalienſi Monaſterio, quod Coſmæ tunc erat & Damiano dicatum, inſigne pietatis cucullum induit. Cui neque parentes iam prece, iam vi, omnia tentantes, obſiſtere valuerunt, quin conſtanter in propoſito permaneret. Monachi non multò poſt in demortui Abbatis locum ſubrogarunt: ſuſpiciebant ſiquidem in eo (præter virtutes reliquas) æquitatem, morum facilitatem, prudentiam, raram ſanctitudinem. Tantus itaque fulgor, tanta veræ pietatis

Digitized by Google

ratis lux (quod ipſe timebat) latere non potuit. Eugenio namque è vita functo, Cleri, Senatus, totiuſq. populi Decreto, Toletanus Archiepiſcopus eſt creatus. In quo quidem Præſulatu, quantùm verbo Alfonſus profecerit, quæ miracula ediderit, quàm multis fuerit nominibus de Virgine Matre benemeritus: non facilè quis explicare quiuerit. Hæreticos quoſdam, qui in Hiſpania hæreſim Eluidianam, tollentem perpetuam Mariæ Dei Genitricis virginitatem diſſeminabant, doctiſſimè confutauit, ab Hiſpaniaq. depulit. Quam Diſputationem explicauit Libro, quem inſcripſit de Mariæ Virginitate: rem miraculo confirmante. Cum enim Alfonſus ad preces matutinas Expectationis B. Mariæ, in Eccleſiam nocte deſcenderet; comites eius in Eccleſiæ limine fulgore quodam repentino deterriti retroceſſerunt. Ille verò intrepidus ad aram progreſſus, Virginem ipſam vidit, & adorauit: ab eademq. veſtem, qua in Sacrificijs vteretur, accepit. Cum etiam dies Leocadiæ feſtus ageretur, & Clerus, frequenſq. populus conueniſſet; Alfonſus ad ſepulchrum Virginis Leocadiæ, accedens, flexis ſuppliciter genibus precabatur. Et ecce reſerato repentè ſarcophago, Leocadia ſanctiſſima prodijt, videntibuſq. cunctis, & audientibus, Alfonſi merita de Virgine Maria commendauit, dicẽs: O Illefonſe, per te viuit Domina mea, quæ cæli culmina tenet. Et Præſule collaudato, redibat. Alfonſus, ne res ſine teſtibus tanta poſteris referretur, arrepto Recenſuinthi Regis, qui fortè tunc aderat, gladiolo, velaminis partem, quo caput Leocadiæ tegebatur, reſecuit: eamq. cum Regio ſimul cultro, celebri pompa in Sacrarium intulit, vbi vſque hodie ſeruatur. Obijt tandem Diuus Alfonſus feliciter, ac ſanctè: cum ſediſſet in Epiſcopatu annos nouem, menſes duos: ſepultuſq. eſt in Baſilica Leocadiæ, circa annum Domini ſexcenteſimum ſeptuageſimũ ſeptimum. Recenſuintho in Hiſpania regnante. Cuius corpus in generali a Saracenis Hiſpaniarum occupatione, in ciuitatem Zamorenſem tranſlatum eſt; & in Eccleſia Beati Petri honorificè quieſcens, magna illius populi religione colitur.

Rodericus, Archiepiſcopus Toletanus, Lib. II. cap. XXII. de Reb. Hiſp.

QVia diuina gratia perfuderat os illius, Ildefonſus Os Aureum dicebatur: & etiam, quia in diuerſis Libris melliflué loquebatur, & de Virginitate B. Virginis nitido, politoq. eloquio perorauit. Anchora Fidei eius tempore in tota Hiſpania, Gotthica Gallia roboratur: & Libri ab eo editi poſtquam fuere in Concilijs lectitati, &

ab

ab omnibus approbati, tamquam cibi diuinæ gratiæ, in fide puſillanimes refecerunt.

Lucas, Diaconus Tudenſis, Lib. III. *Chronic. Mund.*

ILleſonſus, Hiſpaniarum Primas, & Archiepiſcopus Toletanus: qui tempore dicti Regis Reccenſuinthi, quaſi lucifer inter ſydera, tam morum honeſtate, quàm ſignorum claritate fulſit in Eccleſia Dei.

Vincentius Gallus, ex Ordine Prædicatorum Beluacenſis Epiſcopus, qui floruit anno Domini MCCXL. in Speculo Hiſtoriali, Lib. VII. *cap. cxx.*

SAnctus Ildefonſus, Toletanus Epiſcopus. Hic ſub rudimentis adhuc infantiæ degens, diuino tactus ſpiritu, contemptis parentùm, ac rerum affectibus, Agalienſe Monaſterium petijt, Monachūq. ſe in eo multis annis exhibuit. Tandem poſt obitum Toletani Archiepiſcopi, hic Pontifex ſubrogatus, inter cætera bonorum operū ſtudia Sanctam Dei Genitricem valde familiariter diligebat. In cuius laude de eius ſanctiſſima Virginitate compoſuit inſigne Volumen, quod ita ſanctæ Dei Genitrici complacuit, vt ei ipſum Librū manu tenens appareret, & pro tali opere gratias referret. Scripſit autem contra illos, qui de eiuſdem Virginitate, ac Parturitione diſputant, vt hæretici, alium Librum. De Aſſumptione eius Sermones, vel Tractatus quatuor. De eadem Homeliam Euangelij, id eſt, de Purificatione eiuſdem, Opuſculum vnum. Scripſit & Opuſculum de Proprietate perſonarum, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Opuſculū Adnotationum diuinæ actionis. Opuſculum Adnotationis in Sacris. Opuſculum Adnotationis in Sacramentis. Librum vnum de Cognitione Baptiſmi; & alium de Progreſſione ſpiritualis deſerti, & alia multa. Volens autem Beatam Virginem altiùs honorare, conſtituit, vt eius ſollemnitas celebraretur ſingulis annis, octauo die ante Natale Dominicum: vt prius eius ageretur feſtū, per quam Deus homo natus venit in mundum. Quæ rurſum ei apparuit, ſedens in Cathedra prope altare poſita: & Albam Sacerdotalem attulit ei, dicens: Hoc veſtimentum de paradiſo Filij mei attuli, quo in * Dei, & mei ſollemnitate veſtieris: & in hac Cathedra ſedebis, quando tibi libuerit. His dictis, receſſit. Poſt obitū verò Ildefonſi, * Siagrius, qui in Archiepiſcopatu ſucceſſit, paruipendens prædeceſſoris ſui deuotio-

Ildefonſus adhuc infās monachus efficitur.

Ei apparet B. Virgo.

Libri ab eo conſcripti.

Iterum apparens Beata Virgo, cæleſtem veſtē ei largitur.

* eius f.

* immo, Siſibertus.

tio-

tionem, in prædicta Cathedra contra prohibitionem ſanctæ Virginis conſedit: ſanctumq. veſtimentum induere volens, dixit: Sicut ego homo ſum, ſic ſcio hominem fuiſſe prædeceſſorem meum. Cur ergo non veſtiar eo, quo induebatur veſtimento, cum eodem, quo ipſe functus eſt, fungar officio? Hoc dicẽs, illo ſacro veſtimento ſe induit. Sed Deo ſtatim vlciſcente præſumptionem eius, in terram cum eodem veſtimento arctiùs conſtrictus, mortuus cecidit. Quòd videntes, qui illic aderant, magno pauore conterriti, ſacrum veſtimentum, quod indignè acceperat, tulerunt, & in theſauro Eccleſiæ, vbi hactenus ſeruatur, repoſuerunt.

Lucius Marinæus, Siculus, Regius Hiſtoriographus, lib. V. de Reb. Hiſp. memorabilib. ad Imp. Carolum, & Iſabellam Imperatr. Catholicos Hiſpaniæ Reges.

ETſi permultæ Hiſpaniæ vrbes meritò ſanctis ſuis illuſtrantur, Toletana tamen clariſſima ciuitas Illefonſi glorioſiſſimi meritis innumeris maiorem in modum gloriari poteſt. Huius namque Sancti parentes Toletani ciues, & generis nobilitate, & morum, vitæq. ſanctitate maximè floruere. Pater enim, nomine Stephanus, aſſiduè munera pauperibus erogauit: mater verò, Lucia nomine, dies continuos, ac noctes orationibus ad Diuam Mariam Virginem Dei Genitricem ſemper impendit, orauitq. vt ſibi tandem proles naſceretur. Cui quieſcenti Maria Virgo viſibiliter apparuit, dixitque: Lucia, tibi filium prænuncio naſciturum, qui magnam Hiſpanis omnibus lucem afferet. Quæ cum hæc dixiſſet, ſummo ſplendore refulgens, ab illius oculis euanuit. Concepit itaque deinde Lucia ſanctiſſima mulier, & filium peperit Illefonſum: cuius vitam, quam ſanctiſſimè ſemper egit, enarrare longum eſſet. Eam itaque, & omnia, quæ de huius Sancti mirabilibus dici poſſent, prætermitto, cum præſertim a multis alijs plenè ſcripta fuerint.

Benedictina S. *Ildefonſi Toletani profeſſio, eiusq. certum ætatis tempus, declarantur.*

Ex Par. V. Sacrarum Concertationum Conſtantini Caietani, Abbatis Caſinen. S. Baronti.

EX recentioribus, qui de S. Ildefonſo Toletano Epiſcopo meminerunt, legi ferè neminem, qui in eius monaſtica profeſſione tradenda, bifariam non errarit, vel certè alterutro in errore non ver-

verſetur. Apud alios namque ea inualuit opinio, Ildefonſum non infantem puerum Monaſticen amplexum, ſed adulta iam ætate, Toletanæq. Eccleſiæ clericum. Sunt etiam qui eumdem Benedictinis eripientes, Canonicis (ſi Deo placet) Auguſtinianis adiudicent. A nobis igitur antiquorum Auctorum atteſtationibus, ſolidorumq. argumentorum vi, vtrique redarguendi ſunt. Et primùm propoſito ordini ſeruientes, ij qui primo erroris genere decepti ſunt: quorum vnus Ioannes Mariana talia de Ildefonſo commemorans: *Ad eum (Iſidorum) cultus ingenij capiendi ſtudio, Hiſpalim miſſus, in collegiumq. cooptatus, quod iuuentutis inſtituendæ cauſa ab Iſidoro extructum fuiſſe dictum eſt, viro doctiſſimo expoliendum ſe, limandumq. permiſit: ab eius latere non ante diſceſſit, quàm omni liberali diſciplina excultus, diſciplinarum orbem abſoluiſſet.* Et paucis interiectis: *Iis ſtudijs, atque totius vitæ tenore cum ſumma omnia polliceretur, ſpretis honoribus, ad quos generis nobilitas, & vitæ merita vocabant, vitam principalem cũ priuata, atque adeo Monaſtica mutare certus, in Agalienſi Monaſterio cucullum induit.* Alter eſt Card. Baron. qui hæc de eodẽ Ildefonſo ſcribit: *Fuit autem diſcipulus S. Iſidori, Hiſpalenſis Epiſcopi, cũ adhuc militaret clericus in Toletana Eccleſia: poſtea verò Monaſticam vitam profeſſus eſt, atq; Agalienſis Cœnobij creatus eſt Abbas.* Ioannes quoque Maldonatus (ne alios recenſeam) Ildefonſum poſteaquam duodecim annos apud Iſidorum litteris vacaſſet, deinceps Diaconatus Ordine ſuſcepto, Monaſterio ſe mancipaſſe tradit.

Io. Marian. rer Hiſp. lib. 6 c. 10.

Card. Baron. Annal. to. 8. ad ann. 653.

Io. Maldon. vit. SS. in Alfonſo.

Ego verò Auctores aliquot pro noſtra ſententia in medium producam, quorum atteſtationes hac quidem in re nominatorum Scriptorum iudicijs (pace illorum dixerim) longè anteponendos exiſtimo. Principiò Iulianus prodeat Ildefonſo ipſi familiaris, & in Toletano Epiſcopatu poſt Quiricũ ſucceſſor. Is enim in Ildefonſi elogio huiuſcemodi teſtimonium reliquit: *Hic igitur ſub rudimentis adhuc infantiæ degens, diuino tactus ſpiritu, vita delectatus eſt Monachorum, contemptisq. parentum, rerumq. mundanarum affectibus, Agalienſe Monaſterium petijt: cuius fugam rabido furore inſequens pater, vno tantùm maceriæ impeditus eſt obice: quo & furentis eſt deluſa quæſitio, & fugientis ſaluata deuotio: nempe parentis furor dum percitus interiora prætenderet, latibulum, quo hic vir occulebatur, reliquit: ſicque præterita incurata pertranſiit, & in anterioribus, quæ præterierat, inquiſiuit. Armata deinde manu Agalienſem cellam impetens gladio, dum quæſitum non inuenit, rediens in propria, vt perditum deplorauit. Percognita igitur præfatus vir abſentia parentali, Agalienſe illico Monaſterium adijt, Monachumq. ſe in eo multis*

Extat poſt lib. Ildef. de vir. illuſtr.

Q *ferè*

ferè annis decenter exhibuit. Quem quidem Iulianum, illum ipſum Iulianum eſſe: qui (vt proximè notaui) Epiſcopus Toletanus poſt Quiricum creatus eſt; tum ex illo conſtat, qui in eumdem Notas adiecit, tum ex MS. codice Bibliothecæ Caſinenſis.

MS. hic habetur ſign. num. 209.

Fauet etiam nobis Laurentius Surius, recentior quidem Scriptor, ſed quem Ildefonſi Vitam ex Iuliano II. Toletano Epiſcopo nuper adducto; & Iuliano item altero Toletano Diacono, ſiue, vt dicebam, Cixila, Toleti etiam Epiſcopo, contexuiſſe facilè appareat: licet Iuliani primi, cognomento Pomerij, Toleti Epiſcopi, nomen perperam præſeferant. Iulianus namque primus Toleti Epiſcopus, longè ante Ildefonſi tempora claruit: & Iulianus alter, cognomento Pomerius, natione Maurus, vel Gallus, Toletanam Eccleſiam nequaquam gubernauit: vt ex Gennadio, & Iſidoro conſtat. Surius ergo hæc de Ildefonſo narrat: *Hic igitur ſub rudimentis infantiæ adhuc degens, diuino tactus ſpiritu, Monachorum vita delectatus, contemptis parentumq. rerumq. affectibus, Agalienſe Cœnobium petijt: Monachumq. ſe in eo multis annis decenter exhibuit*. Rodericus Archiepiſcopus Toletanus: *Fuit autem B. Ildefonſus genere nobilis, diſcipulus B. Iſidori, Monachus profeſſione, vir per omnia laudabilis, & præcipuus ſanctitate, demum Pontifex Toletanus*. Ioannes Vaſæus de Helladio Epiſcopo Toletano: *Fuit verò Helladius ex aulico Monachus in Monaſterio Agalienſi (in quo & B. Alfonſus) deinde ex Monacho Epiſcopus*. Franciſcus Tarapha: *Claruit his temporibus Ildefonſus, vir ſanctitate præclarus, diſcipulus Iſidori, Monachus primò, deinde in Archiepiſcopum Toleti electus*. Petrus Galeſinius: *Ab ineunte ætate Religioni deditus, primùm Monachus, in eo vitæ genere multis virtutibus & ſanctimonia floruit: poſt e Monaſterio Toletum vocatus, illius vrbis Epiſcopus creatus, id muneris inuitus ſuſcepit; at geſſit piè & religiosè*. Petrus Epiſcopus Equilinus: *Hildefonſus Epiſcopus Toletanus, adhuc puer, Dei amore relictis parentibus, ſpretoq. ſæculo, Agallienſis Monaſterij Monachus factus, annis multis in ſanctitate vitæ permanſit*. Breuiarium Eccleſiæ Giennenſis: *In Eccleſia SS. Coſmæ & Damiani, quæ in ſuburbio ſita eſt Toletano, qui antiquitus Agalienſe Monaſterium vocabatur, in Monachali habitu cum alijs, qui ibi habitabant, fratribus deuouit cohabitare, & Domino deſeruire*. Et inferius: *Ipſe tamen Abbas effectus, ſolus res Eccleſiæ ordinabat, vitæ Monachorum prouidebat, omnibus neceſſaria miniſtrabat*. Vincentius Beluacenſis Epiſcopus, ante quadringentos annos, eamdem de Ildefonſi profeſſione ſententiam ſic aſſecutus eſt: *Hic ſub rudimentis adhuc infantiæ degens, diuino tactus ſpiritu*,

Gennad. de Script. Eccl. c.98. & Iſid. c.25.

Roder. Tolet. de Reb. Hiſp. lib. 3. c.12.

Io. Vaſ. Chr. Hiſp. ad A. C. 616.

Frãc. Tarap. de Regib. Hiſp. in Riſiſundo.

Petr. Galeſ. Martyr. ad x. Kal. Febr.

Petr. Equil. Catal. Sanct. lib. 1. c. 76.

Bre Gien. de S. Ildefonſ.

Vin. Beluac. Spec. Hiſtor. lib. 7. c. 120.

con-

ontemptis parentum, ac rerum affectibus *Agalienſe Monaſterium pe-ijt, Monachumq. ſe in eo multis annis exhibuit.* Ioannes Maldonatus: *Mundi cupiens laqueos declinare, in Agalienſi Monaſterio, quod Coſmæ tunc erat & Damiano dicatum, inſigne pietatis cucullum induit. Monachi non multò poſt in demortui Abbatis locum ſubrogarunt.* Ioannes Trithemius: *Cum adhuc puer eſſet, diuino ſpiritu attactus, res mundi, parentumq. affectiones contemnens, Agalienſe Monaſterium petijt, Monachumq. ſe in eo multis annis decenter exhibuit. Abbas deinde effectus Agalienſis Cœnobij, Monachorum mores exercuit, rem diſcreuit, vitamq. ſeruauit.* Ioannes Mariana: *Spretis honoribus, ad quos generis nobilitas, & vitæ merita vocabant, vitam principalem cum priuata, atque adeo monaſtica mutare certus, in Agalienſi Monaſterio cucullum induit.* Et poſt pauca, de Ildefonſi a Monachis facta in Abbatem electione: *Adeodato defuncto, qui poſt Helladium, Iuſtum, Richilam, eius Monaſterij Abbas fuerat, Monachi non alium ſibi præferendum gubernatorem iudicarent.* In celeberrimis denique illis Sanctorum Hiſpanorum Officijs, quæ auctoritate Apoſtolica non modicum ante tempus approbata, ſingulis quibuſque annis ritu ſollemni peraguntur, Monaſtica Ildefonſi profeſſio hiſce verbis aperitur: *Mundi cupiens laqueos declinare, in Agalienſi Monaſterio, quod Coſmæ tunc erat & Damiano dicatum, inſigne pietatis cucullum induit. Cui neque parentes iam prece, iam vi omnia tentantes, obſiſtere valuerunt: quin conſtanter in propoſito permaneret. Monachi non multò poſt in demortui Abbatis locum ſubrogarunt: ſuſpiciebant ſiquidem in eo (præter virtutes reliquas) æquitatem, morum facilitatem, prudentiam, raram ſanctitudinem.*

Io. Maldon. in Vit. Sanct.

Io. Trith. lib. de Scriptor. Eccleſ.

Io. Mar. lib. 6. c. 10. de Reb. Hiſp.

Offic. propr. Hiſp. Sanct.

Quoniam verò ex ijs, quæ dicturi ſumus, Monaſticum Ildefonſi tyrocinium ſummopere illuſtrabitur, ad illorum commentum refellendum nos conuertamus, qui Ildefonſum Auguſtinianis Canonicis attribuunt. Qua de re an cuipiam maior fides, quàm ipſimet Ildefonſo danda? Is Epiſcopus iam conſecratus, de Helladio Epiſcopo Toletano loquens, hæc teſtata reliquit: *Hic cum regiæ aulæ illuſtriſſimus, publicarumq. rector exiſteret rerum, ſub ſæculari habitu Monachi votum pariter explebat & opus. Nam ad Monaſterium noſtrum (illud Agalienſe dico, cuius me ſuſceptio Monachum tenuit, quod munere Dei perennisq. ac patentis ſanctitatis decore, & opinabile cunctis, (& palam eſt totis) quàm ſæpe diſcurſantium negociorum ductus itinere perueniret, remota clientum, ſæculiq. pompa decoris, adeo Monachorum peculiaritatibus inhærebat, vt turmis iunctus eorum, ſtipularum faſciculos ad clibanum deportaret. Cumque inter decorem, in-*

Ildefon. in præfat. lib. de vir. illuſt. Ibid cap. 7.

ſolentiamq. ſæculi ſolitudinis & amaret & ſectaretur arcana, celeri fuga, relictis omnibus, quæ eſſe nouerat mundi, adijt ſanctum Monaſterium, quod frequentauerat voto, venit permanſurus optabili vſu: ibi factus Monachis Pater, meritis, ſtudijsq. ſanctis & vitam Monachorum debitè rexit, & ſtatum Monaſterij totius, communis rei diuitias cumulauit. Hanc de Helladio narrationem idcirco prolixiorem exſcripſimus, vt Agalienſe Ildefonſi Monaſterium non Auguſtinianos Canonicos, ſed Monachos incoluiſſe appareat. Sed quonam tempore Helladius ſit Monaſticen profeſſus, docet nos Maximus, Cæſarauguſtanus Epiſcopus, his verbis: *Æra DCXXXV.* (anno Domini DXCVII.) *Helladius, rector rerum publicarum, fit Monachus Agalienſis.*

Max. Cæſarauguſt. ap. Prud. Sandoual par. 1. §. 12. Fundat. monaſt. Ben. Hiſp.

Cæterùm Agalienſe Monaſterium ſub Inſtituto S. Benedicti perpetuò militaſſe, diſertè conſtat ex proximè citato Maximo Cæſarauguſtano, cuius teſtimonium hìc ſubſcribo: *Aera DXCII.* (anno Domini DLIV.) *Atanagildus Rex in planitie ſuburbij Toletani ædificauit Monaſterium Ordinis S. Benedicti, in honorem S. Iuliani apud Aruernos paſſi; dictum Agalienſe ab Agallula villa propinqua, quod diſtat minus quàm centum quinquaginta paſſus ab Eccleſia Prætorienſi SS. Petri & Pauli, inter Occidentem & Septemtrionem ſitum: & ibi conſtituit primum Abbatem, ſanctumq. virum Euphemium, qui poſtea fuit vocatus ad primam Toleti Sedem.* Præterea de hoc ipſo Ildefonſi Benedictino Monachatu eundē Maximū Cæſarauguſtanum Ildefonſi coætanum, eiq. amicitia coniunctiſſimū in ſuo Gotthorum Chronico fusè admodum ſcripſiſſe: idemq. præſtitiſſe * Cixilanum, Epiſcopum Toletanum, qui non multò poſt Ildefonſum vixit, vt illius amicos & familiares alloqui potuerit, & Vitam etiam ſcripſit, teſtatur Prudentius Sandoualius. Breuiarium quoque Hiſpano-Monaſticum Benedictinam Ildefonſi profeſſionem hocce teſtimonio confirmat: *Mundi cupiens laqueos declinare, in Agalienſi Monaſterio, quod eo tempore S. Iuliano martyri dicatum erat (vt ex ſubſcriptione Anilæ Abbatis in vndecimo Concilio Toletano conſtat) ſub Diui Benedicti Regula Monaſticam vitam agere decreuit; parentibus ne quidquam omnia tentantibus, vt eum ab huiuſmodi propoſito deterrerent. Monachi non multò poſt in demortui Abbatis locum ſubrogarunt.* Ferreolus denique Locrius poſtquam (vt idem ipſe ait) S. Benedicti Ordinem ab eius naſcentis exordio Beatæ Virgini ſacrum fuiſſe oſtendiſſet, ſic adiecit: *Implerat Matris vterum ſanctiſſimus Ildefonſus, nondum lucem, nondum legem ſubierat; apparet Beata Virgo prægnanti, & quis futurus fœtus, prænunciat. Vt verò is Monachum induit,*

Ap. eumdem vbi ſup.

* Cixilam. Vixit ann. C. 775. ex tabul. Epiſcop. Tole. Prud. Sand. par. 1. §. 13. Fundat. Monaſt. Bened. Hiſp.

Breu. Hiſp. Bened.

Ferr. Locr. li. 3. c. 8. de Maria Auguſta.

induit,& inde Toletanam Sedem Pontifex impleuit,gemina apparitione Virginis in ſe affectum,dato etiam pignore, ſatis ſuperq. intellexit. Et multis alijs ex eodem S. Benedicti Ordine recenſitis, caput illud hoc pacto concludit: *Atqui omnes iſti, huic ſeſe Familiæ mancipa-rũt*. Satis ergo demonſtratũ eſt, Ildefonſum Benedictinum fuiſſe, cum Agalienſe Monaſterium eo ſub Inſtituto erectum, tot ſpectatæ auctoritatis,& fidei Scriptores tradiderint: omniumq. quotquot de Ildefonſo meminerunt, Auctorum ſententiæ in eiuſdem monachatu Benedictino conſentiant. Præterquam quòd ex ipſius Ildefonſi o e id comprobaſſe ſufficere poterat: vt mirandum potius ſit, recẽtiores, neſcio quos, figmentum illud de Auguſtiniana Ildefonſi profeſſione,adeo leuiter,ne dicam pueriliter, in medium protuliſſe.

Verùmenimuerò antequam hanc de Ildefonſo Concertationem abſoluamus,non ab re futurũ arbitror,ſi Iuliani alterius,cognomẽto Pomerij,Toletanæ Eccleſiæ Diaconi,ſeu potius Cixilæ,Toleti Epiſcopi, in tanti Archipræſulis gratiam,atteſtationem expenderimus. Falluntur etenim, qui hunc pro Iuliano II. Toletano Epiſcopo, quem ſupra citauimus, accipientes, & e conuerſo: vtrumque tempore honoribuſq. diuerſum, vnum, eumdemq. perperam autumant. Hic porro, quem Pomerium vocitarunt,in ea S.Ildefonſi Vita,Siſiberti Epiſcopi meminit, Iuliani illius in Eccleſia Toletana ſucceſſoris:& quæ de Ildefonſo ſcribit,a Domno Vrbano,& Domno Euantio ſibi narrata profitetur. Hinc etiam eorum lapſus deprehenditur,ſcriptionem illam S.Helladio attribuentes Toletano Epiſcopo, qui multos ante annos,quàm Ildefonſus conſecraretur Epiſcopus, mortem obierat: nec poſt Ildefonſum alius quiſquam, cui Helladio nomen eſſet,Toletanam Eccleſiam gubernauit. Sed iam Vitæ ipſius verba ſubijciamus: *Ecce dapes mellifluæ illius Domni Ildefonſi, quas de paradiſo Dei rapiens, & per totã Heſperiã diſpergens, nediam noſtrã ingenti ſatiauit eloquio: non impar meritis ſanctiſſimi illius Domni Iſidori,de cuius fonte adhuc clientulus puriſſimos latices bibit. Nam directus a ſancto, ac venerabili Papa Eugenio,Toletanæ ſedis Metropolitano Epiſcopo, ad ſupradictum Doctorem,Spalenſem Metropolitanum Epiſcopum,cum ſibi iam ſciolus videbatur, adeo ab eo tentus,& elimatus eſt, &, vt ferunt, tempore aliquo ferro conſtrictus: vt ſi quid ſcientiæ deerat, plenius inſtructus ad Pædagogum ſuũ Domnum Eugenium remeans, non poſt multos dies (adhuc Diaconij officium peragens) in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani, quæ ſita eſt in ſuburbio Toletano, Abbas præficeretur.* hæc ille: qui dum Eugenium, quo Ildefonſum ad Iſidorum miſſum ſcribit, Toletanum Epiſcopum

Io. Mariana l.6.c 10.
Vrbanus fuit Archiep. Tolet. an. 719.
Euantius Archidiac.
Hæc ipſa præfatio ad Ildefonſi librum ſub B. Helladij nomine cuſa eſt Baſileæ 1557. & ap. me MS.
Iulian. præf. ad Ildef. lib. de S. Maria. hab. tom 9. Bibl. Patrum edit. 2 1589. & MS. ap. me

Digitized by Google

pum nominat, non tunc temporis Epiſcopum fuiſſe intelligit, ſed per anticipationem proculdubio locutus eſt. Obierat quippe Iſidorus, cum Eugenius renunciatus eſt Epiſcopus Toletanus. Id vel ex Ildefonſo ipſo liquet: *Vixit* (ait de Eugenio) *in Sacerdotio ferè vndecim annis, regnãtibus Chintila, Tulgane, & Chindaſuintho, Regibus.* Porro annum Chintilani primum Aeræ 673. & 674. partem comprehendiſſe, ac in Iuſti Toletani Epiſcopi locum, qui huius Regni initio, hoc eſt, anno Chriſti 635. obierat, Eugenium ſucceſſiſſe, tam ex Hiſpaniæ Scriptoribus, quàm etiam Conciliorum Actis euidenter apparet. Vnde & Quintum Toletanum Concilium Aera 674. id eſt, anno ſalutis 636. Chintilani Regis primo, celebratum, in quo in defuncti Iuſtij locum ſubſcripſiſſe Eugenium videmus. At hoc eodem anno Iſidorum deceſſiſſe, ſatis ſuperq. ſuo loco probauimus.

Ildefonſ. lib. de Vir. ill. c. 13.

Sed iam ad Iulianum, ſiue Cixilam, nos conuertamus: ex cuius verbis illud etiam colligo, Ildefonſum non planè rudem, immo ſciẽtiarum cognitione iam præditum, Hiſpalim ad Iſidorum ab Eugenio miſſum. Quem Eugenium Ildefonſi vel in litteris, vel in monaſtica diſciplina, vel in vtriſque inſtitutorẽ fuiſſe, dũ eius Pædagogus ab Iuliano vocitatur, apparet. Præterea, operæ pretium eſt illa accuratiùs attendere: *Ad Pædagogum ſuum Domnum Eugenium remeãs, non poſt multos dies (adhuc Diaconij officium peragens) in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani, quæ ſita eſt in ſuburbio Toletano, Abbas præficeretur.* Siquidem Ildefonſum Diaconatus Ordine iam ſuſcepto, ad Iſidorum ſe contuliſſe ipſiuſmet verbis comprobatur de Helladio, Toletano Epiſcopo hæc commemorantis: *Me ad Monaſterium* (Agalienſe) *rediens memoratum, vltimo vitæ ſuæ tempore Leuitam fecit.* Idem igitur fuit annus ſuſcepti ab Ildefonſo Diaconatus, ac Helladij Toletani Epiſcopi vitæ poſtremus. Helladius quippe, Ildefonſo ipſo teſtante, ſub exordio Siſenandi Regis, qui annis ferè quatuor vixit, diem obijt. At primus Siſenandi annus, Chriſti anni 631. & 632. partem amplexus eſt, Hiſpanicis Scriptoribus id aſſeuerantibus. Ex eo inſuper Helladij obitus ſub initia anni 632. (die nimirum XVIII. Februarij) quod coacti Quarti Toletani Cõcilij annus, qui fuit 634. Siſenandi Regis annus tertius; item & Iuſti Epiſcopi, Helladij ſucceſſoris, tertius numeretur. Quæ ſi vera ſunt, vt profectò ſunt veriſſima, quanam ratione aſſerant Ildefonſum apud Iſidorum duodecim annos litteris operam dediſſe, non intelligo.

Idem c. 7.

Io. Mariana de reb. Hiſp. lib. 6. c 4. & 5.

Quod Iulianus ait, Ildefonſum Diaconum agentem, in Abbatem electum, ritè id quidem factum eſt, & more Maiorum. Regulis nimirum

rum

Digitized by Google

ctum Benedictinorum cautum eſt: ne quis ad eam dignitatem aſſumatur, qui ſaltem Diaconatus Ordine non ſit inſignitus.

Cuiuſnã verò Cœnobij Abbas fuerit Ildefonſus, non adeo certũ eſt: vt alij SS. Coſmæ & Damiani, alij autẽ S. Iuliani Agalienſis fuiſſe contendant. Nos autem haud leuibus coniecturis in eam ſententiam adducimur, vt vtrumque diuerſo tamen tempore Abbatis titulo Ildefonſum gubernaſſe exiſtimemus. Quod enim ad SS. Coſmæ, & Damiani Monaſterium attinet, ex eo confirmari Iuliani teſtimonium videtur, quod ex Maximo Cæſarauguſtano ſcribit Prudentius Sandoualius, Reccaredum Regem Adelphij Epiſcopi Toletani, & Ildefonſi Monachi Agalienſis hortatu, Aera DCXXXVIII. anno Chriſti DC. Cœnobium illud erexiſſe, eiuſq. regimen Ildefonſo demandaſſe. Fieri enim potuit, immo vero ſimillimum eſt, vt Eugenius impoſitum Ildefonſo a Rege onus Abbatis dignitate honeſtauerit. Rurſus, Agalienſe Monaſterium cum eadem dignitate Ildefonſum obtinuiſſe, ſatis conſtat ex Iuliano Epiſcopo Toletano, ſuperiùs in teſtem adducto: ſic enim ille: *Rector deinde effectus Agalienſis Cœnobij, Monachorũ mores exercuit, rem diſcreuit, vitamq. ſeruauit. Principali poſt hæc violentia Toletum reducitur: atque inibi poſt deceſſoris ſui obitum Pontifex ſubrogatur.* Hoc amplius, Ildefonſum Abbatem Octauo, & Nono Toletanis Concilijs anno ſalutis 653. & 655. celebratis præſentem interfuiſſe, ac ſubſcripſiſſe, apud eorumdem Conciliorum Acta legimus.

Prud. Sandoual par. 1. S. 12. & 13. fundat. monaſt. Ben. Hiſpan.

Iulian. Epiſ. Tolet. poſt lib. de Vir. ill. Ildefonſ.

Poſtremò de Ildefonſi obitus tempore aliquid etiam addamus. Iulianus Epiſcopus Toletanus hæc habet: *Adſcitus autem in Pontificatum nono glorioſi Receſſundi Principis anno, nouem annis, & duobus ferè menſibus, clarus habitus fuit vitæ meritis, & retentatione regiminis: expletoq. octauo decimo prædicti Principis, anno ſequenti, die decimo Kalendas Februarij, domicilio carnis exuitur.* Ex quibus Ildefonſum Toleti Epiſcopum creatum anno Chriſti 658. ſub exitum Nouembris: eumdemque deceſſiſſe anno 667. menſe Ianuario, facilè intelligitur. Tempus quippe initi Epiſcopatus cum Eugenij III. prædeceſſoris mors, quæ contigit, vt Toletanorum Pontificum Tabulæ teſtantur, anno Chriſti 658. die XIII. Nouembris, apertè oſtẽdit, tum etiam indicant Recceſuinti Regis anni: quem a Patre Chindaſuinto in Regni cõſortium adſcitum Aera 687. anno Chriſti 649. deincepsq. annos XXIII. menſes VI. dies II. Regnum obtinuiſſe: demumq. Kalendis Septembris Aeræ 710. hoc eſt, anno Chiſti 672. mortem oppetijſſe, tradit VVlſa Epiſcopus. Vnde annus Recceſuinti nonus, quo Ildefonſus Epiſcopus renunciatus eſt, ſub Aeram 696. &

Recceſuinti, MSS.

VVlſa Epiſ. in Chronic. Goth. MSS.

& annum Chriſti 658. vt cadat, neceſſe eſt. Similiter expleto decimo octauo eiuſdem Regis anno, & ſub anni decimi noni, Aeræq. 705. exordia, hoc eſt, ineunte A. C. 667. tranſijſſe Ildefonsū elicimus. His, quæ Iulianus, Toleti Epiſcopus, de Ildefonſi Epiſcopatus tempore tradidit, fidem aſtruunt & Conciliorum Acta, ſi vtique legitima temporum ratio ineatur. Siquidem Aera 691. qua Octauum Toletanum Concilium eſt habitum, Reccesuinti annus quintus numeratur: deincepſq. Aera 693. qua Nonum item Toletanum, eiuſdem Regis ſeptimus: in ſequenti Aera 694. qua Toletanum decimum, annus Reccesuinti octauus: ſic etiam Aera 704. qua Emeritenſe Concilium celebratum legimus, illiuſmet Regis annus XVIII. quo elapſo, proximo Ianuario Ildefonsū vita functū, Iulianus ſcriptū reliquit: quod inſuper ex Vulſa Epiſcopo cōfirmauimus. Quo autē die in cæleſtem patriam migrarit Ildefonſus, optima fide Iulianus annotauit, x. nempe Kal. Februarij, & cum eo vniuerſa Hiſpania, Eccleſiarum Tabulæ, & omnia Martyrologia conſentiunt: ita vt mirer Prudentium Sandoualium, Kalendis Februarij, vel ſecundo eiuſdem menſis die, Ildefonſi tranſitum aſſignare: fretum ſcilicet Cixilani Epiſcopi MS. Codice, cuius teſtimonium adducit: quod tale eſt: *Expletoq. octauo decimo prædicti Principis anno, ſequenti die Kalendarum Februarium domicilio carnis exuitur*. Non animaduertit (circumſpectus alioqui vir) hanc eamdem ſententiam a Iuliano ad verbum exſcriptam, atque inter exſcribendum amanuenſem denarij numeri notam prætermiſiſſe. Quod etiam non ita pridem in Annalibus Card. Baronij, illud ipſum Iuliani teſtimonium referentis, librarius commiſit, expuncto itidem denario numero; cum diſertè in eiuſdem Baronij Martyrologio ex MS. Vaticano eadem atteſtatio exſcripta, decimum Kalendas Februarij diem habeat. Inde & alia Prudentio interpretatio, cū de initi ab Reccesuinto Regni die, neſcio quid noui affert, germanam lectionem corrumpens. Participium enim illud, *ſequenti*, quod cum τὸ, *anno*, coniunctum efferri debet, cum τὸ, *die*, annectit: ita vt legat, *Sequenti die* Kalendarum *Februariū*. Cæterùm mihi tam bellè Iuliani teſtimonium ijs, quæ ſupra ex temporum ratione deduximus, concinere videtur, vt nullus ſit relictus dubitationi locus: *Expleto*, inquit, *XIIX. prædicti Regis, anno ſequenti*, hoc eſt, inchoante anno poſt expletū Regni XIIX. *x. Kal. Februarij, domicilio carnis exuitur*. *Corpus* (ait Ioannes Mariana) *ad Leocadiæ tumulatum, ad Eugenij deceſſoris pedes, in vaſtatione Hiſpaniæ funeſta, atque generali Senticam* (*Zamoram nos dicimus*) *migrauit: eo traductū XII. Ianuar. Vbi dicato tumulo, in Petri Apoſtoli tem-*

Prud. Sand. par. 1. ſ. 18. Fundat. Monaſt. Ben. Hiſpan.

Card. Baro. Annal. to. 8. ad an. 667. Id. in Martyrol. ad 23. Ianuar.

Io. Mariana de reb. Hiſp. lib 6. c. 10.

Digitized by Google

templo magna populi religione colitur. Aluarus Gometius de iiſdẽ ſacris Ildefonſi exuuijs hoc modo concinit: *Ximenius verò* (is erat S.R.E. Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus) *a Reipublicæ negotijs parumper liber, qui Religionis, & Diuorum eximius cultor, ſemper aliquid ſecum verſabat, quod hunc tam pium affectum incenderet, in memoriam reuocauit Diui Ildefonſi corpus Zamoræ aſſeruari, quam Senticam olim appellatam eſſe nonnulli exiſtimant, & XVI. millibus paſſuum a Tauro diſtat. Inceſſit ergo illum mira quædam cupido viſendi, & venerandi reliquias Viri ſanctiſſimi: qui & Deiparæ Virginis munere, & alloquio perilluſtris eſt, & Eccleſiæ Toletanæ Pontificatum adeo integrè, & vigilanter tẽpore duriſſimo, dum ſchiſmata, & hæreſes vigebant, adminiſtrauit, vt diuinos ſibi honores inter Diuos relato compararerit.* Aluar. Gom. lib. 3. de reb. geſt. Francis. Ximen.

Hæc ſunt, quæ de Ildefonſo, Toletano Epiſcopo, viro ſanctiſſimo, Benedictinorum præſertim, ac Hiſpaniæ ornamento præclariſſimo, annotanda potiſſimùm cenſui. Neque enim vaniſſimas in vulgus diſſeminatas opiniones, leuiſſimaq. quorumdam recentiorum commenta, diſſimulata a me oportuit: qui nihil antiquius vmquam habui, quàm antiquarum rerum veritatem accuratè indagatam vendicare: ita enim natura comparatus ſum, vt pro ea aſſerenda nihil vmquam aut laboris, aut inuidiæ reformidare poſſim.

Toletanum Ildefonſum a Deipara Virgine, cæleſti veste, qua feſtis illius, & Chriſti filij diebus in Miſſæ Sacrificio vteretur, donatum, indutumq. fuiſſe, recenſetur.

Ex Part. V. Sacrar. Concertat. Conſtantini Caietani, Abb. Caſinen. S. Baronti.

QVàm multis fuerit Ildefonſus nominibus de Virgine Matre benemeritus, non facilè dixerim. Verùm illud vnum in primis oſtendet: eamdem ſcilicet Dei Parentem Virginum choris aſſociatam, diuinis eum allocutionibus dignatum fuiſſe, ac cæleſti veſte (Caſulam intellige, vel Planetam) qua ſolus ipſe in illius, & Chriſti filij vteretur ſollemnitatibus, donaſſe. Quam rem cum omnes omnium temporum de Ildefonſo ſcribentes, verbis ſint apertiſſimis conteſtati; id mihi maximam admirationem mouit, quod pauciſſimos ante dies Romæ vnus tantùm, neſcio quo ductus conſilio, factumq. non adeo diligenter ſcrutatus, etſi non ſcriptis, pictura tamen exprimendum curauit: ab Angelo, non a Beatiſſima Virgine, pallium quodpiam, non Planetam, Ildefonſum accepiſſe. Ea de cau-

ſa, vt tanta hæc, & ſingularis, quam ob egregiam virtutem Ildefonſus aſſecutus eſt, gloria permaneat illibata, nos fide digniſſimas nónullorum atteſtationes hunc in locum referre operæ pretium duximus. Romanam itaque picturam eam recentiſſimam, Romanæ aliæ & vetuſtiſſimæ picturæ redarguant.

In Eccleſia Monaſterij S. Gregorij, olim SS. Andreæ, & Lucæ, a parte ſiniſtra arcus, qui principi imminet altari, viſitur S. Ildefonſus amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtolaq. perornatus, atque genuflexus: quem Virgo Maria, Chriſtum filium dextera benedicentem geſtans, cælitus allata honorat Caſula. Vbi & hæc habetur inſcriptio: *S. Alfonſus dum Deiparæ pudicitiam defendit, ab eadem veſte ſacra induitur*. Similem quoque intuiti ſumus picturam in Eccleſia S. Iacobi Hiſpanicæ nationis, atque in Anglorum alia S. Thomæ Cantuarienſis. Verùm ſolidioribus Argumentis innitamur. Martyrologij Romani hæc eſt auctoritas: *Ob ſingularem uitæ integritatem, ſuſceptamq. defenſionem aduerſus hæreticos Dei Genitricis uirginitatem impugnantes, ab eadẽ cãdidiſſima ueſte donatus eſt*. Sãcti Ildefonſi Vita, quæ Apoſtolico calculo approbata, in die ipſius feſto legitur: *Diuam Mariam in illo ipſo throno ſedentem, quo ſolitus erat, ipſe ſuſpexit. Ipſa autem ſanctiſſima Virgo poſt diuina colloquia, cæleſti eum veſte donauit, quam ſolus ipſe in ſollemnitatibus illius ueſtiret, & ea illi ſoli ſpecialiter deſeruiret*. Patres Concilij in Hiſpania, ſub Aegidio Toleti Archiepiſcopo, anno Domini 1302. coacti, in quo dum agũt de ſollemniori cultu celebrando die natali S. Ildefonſi, hoc ipſum ſic expreſſerunt: *Item, quia Mater Dei, & Saluatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti glorioſa, ac ſemper Virgo Maria Capellanum, ac ſuæ virginitatis ſpecialem præconem B. Ildefonſum, Patriarchalis Toletanæ Eccleſiæ Præſulem, ac Rectorem, poſt ſui Aſſumptionem deſcendens de cælo empyreo corporaliter viſitauit, ac donis, & muneribus ſpiritualibus decorauit, in ſignum ſpiritualis dilectionis, & amoris: & cum quos Mater Dei diligit, & honorat, nos teneamur diligere, & etiam honorare; ſtatuimus, & ordinamus: Vt per totam Toletanam prouinciam eius feſtiuitas præcipuè, ſeu duplici Officio ſollẽniter celebretur*. Et quia inſigne hoc miraculum XXIV. Ianuarij menſis die Ildefonſo accidiſſe conſtat, ea de cauſa tam in Eccleſia Toletana, quàm & in alijs Hiſpaniæ Eccleſijs ob tantæ rei memoriam. Deſcenſionis B. Mariæ feſtum eodem die celebrari, ſtatutum eſt. Vnde & in proprio iſtius ſollemnitatis Eccleſiæ Toletanæ Officio, Gregorij XIII. Pont. Max. auctoritate firmato, Cardinalis verò Quirogæ iuſſu edito, ſic habetur: *Cum B. Ildefonſus Toletanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, hæreticos quoſdam*

Marg.: Mart. Rom. x. Kal. Febr. — Conc. Tolet. ſub An. Do. 1302. can. 11 — Breuiar. Eccleſ. Tolet.

dam, perpetuam Dei Matris virginitatem labefactare conantes, vi veritatis conuictos, ex vniuerſa Hiſpania depuliſſet; tanta fuit ſacratiſſimæ Virginis in ſeruum ſuum Ildefonſum benignitas, vt hoc eius ſtudiũ illuſtri miraculo comprobauerit. Incarnationis enim Filij eius feſto die, qui xv. Kal. Ianuarij per vniuerſam Hiſpaniam ex Decimi Concilij Toletani Decreto celebratur, nocte intempeſta deſcendit de cælo ſanctiſſima Virgo, Virginum, & Angelorum comitata choris, & in Cathedra, unde Ildefonſus ad populum uerba facere conſueuerat, diuina quadam, & omnem captum excedente forma, ac ſole ſplendidior conſedit: uniuerſo templo ſuauiſſima ineffabilis odoris fragrantia, & cæleſtis luminis magnitudine completo: quo Ildefonſus ad nocturnas preces de more ueniens, comitibus perterritis, & pauore dilapſis; ipſe rei quidem nouitate initiò perculſus, ſed deinde ſpe erectus, & deuota mentis humilitate ſecurus, gaudio ſimul, ac reuerentia tremens, humi ſeſe ante pedes Virginis, ſupplex abiecit; quem ſic affata Virgo eſt: Propera in occurſum ſerue Dei, accipe munuſculum de manu mea, quod de theſauris Filij mei tibi attuli. Et ſimul hæc dicens, veſtem Ildefonſo induit, cæleſti opificio contextam. Et Virgo quidem his dictis, rediјt in cælum. Extat hoc ipſo in templo lapis, in quo vetuſta Maiorum traditione, ac veneratione conſtat, Mariam deſcendentem veſtigio conſtitiſſe. Idem porro factum ab ea ipſa Eccleſia Toletana celebriter etiã recenſetur ad XXIII. Ianuarij diem, in Sancti videlicet ipſius Ildefonſi feſtiuitate, eiuſdem Gregorij Apoſtolico conſenſu approbatum: & verò ita ibi: *Cuius rei admirationem auxit admiratione noua aliud miraculum. Nam xv. kalend. Ianuarij, cum Ildefonſus ad nocturnas B. Mariæ preces templum peteret, eiuſq. comites ipſo in templi limine ſubito, atque inuſitato territi fulgore diffugerent, ſecurus ipſe, atque intrepidus ad aram progreſſus, in Cathedra eburnea ſedentem ſanctiſſimam Dei Genitricem vidit, & adorauit: ab eaque veſte, qua in ſollemnitatibus eius vteretur, donatus eſt.* Eius præterea rei memoria ab vniuerſis Hiſpanorum Eccleſijs in modo dicta S. Ildefonſi ſollemnitate renouatur, Pij V. Gregorij XIII. & Sixti V. Ponttt. Maxxx. accedente auctoritate. Sic autem inter alia ibi habetur: *Cum enim Alfonſus ad preces matutinas Expectationis B. Mariæ in Eccleſiam noctę deſcenderet, comites eius in Eccleſiæ limine fulgore quodam repentino deterriti retroceſſerunt. Ille verò intrepidus ad arã progreſſus, Virginem ipſam vidit, & adorauit: ab eademq. veſtem, qua in ſacrificijs vteretur, accepit.* Perantiquum Eccleſiæ Romanæ Breuiarium ad XXIII. Ianuarij, hoc eſt, eiuſdem Ildefonſi feſtum diem: *Cum enim Alfonſus ad preces matutinas in Eccleſiam nocte deſcenderet,*

Id. Breuiar. Tolet.

Offi. propr. Sanctor. Hiſpan.

Breu. Rom. antiq. edit. Lugd. A C. 154. pag. 410.

ret,comites eius in Eccleſiæ limine fulgore quodam repentino deterriti, retroceſſerunt; ille verò intrepidus ad aram progreſſus, Virginem ipsã vidit,& adorauit: ab eademq. veſtem, qua in ſacrificijs vteretur, accepit. Idipſum habes in Breuiario Ordinis S. Benedicti Monaſtico ſub eadem Ildefonſi celebritate. Sed & Iulianus Diaconus Tolet.ſiue magis Cixila,Toleti Epiſc.ita ſuffragatur: *Ille benè ſibi cõſcius ante altare S. Virginis procidens,reperit in Cathedra ipſam Dominã ſedentem,vbi ſolitus erat Epiſcopus reſidere,& populum ſalutare:& eleuatis oculis aſpexit in circuitu eius, & vidit omnem abſidem Eccleſiæ repletam Virginum turmis, de Canticis Dauid modulata ſuauitate aliquid decantantibus. Aſpicienſque in eam(vt ipſe ſibi conſcius benè chariſſimis referebat) ſic eum allocuta eſt voce: Propera in occurſum, ſerue Dei chariſſime, accipe munuſculum de manu mea, quod de theſauro Filij mei tibi attuli. Sic enim tibi opus eſt, vt benedictione tegminis,quæ tibi data eſt,in meo tantùm ſeruitio vtaris.* Hæc, quæ S.Ildefonſi Vitæ Scriptor modò attulit,ſe accepiſſe teſtatur a teſtibus fide integerrimis,Vrbano,& Euantio, qui eodem ſæculo, quo Ildefonſus,vixerunt:& Vrbanus factus eſt poſtea Archiepiſcopus Toletanus, Euantius verò eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconus. Breuiarium Eccleſiæ Giennenſis perantiquum: *Cumque Virgo ſanctiſſima, Virque ſanctiſſimus,ſe mutuò ipſi conſpicerent, ipſa quid attulit, quid ei contulit, & quid poſt tulit,ſicut illi,qui ab eo audierunt,poſtea retulerunt. Ipſa quidem Virgo ſacratiſſima veſtem de theſauris Filij ſui ſecum attulerat pretioſam: quam ad hoc ſeruo Dei dedit ſanctiſſimo, vt eam ſolus ipſe in ſollemnitatibus illius veſtiret,& in ea ſpecialiter illi deſeruiret.* Rodericus Archiepiſcopus Toletanus: *Cum* Heluidius,& Pelagius a Gallis venientes,pleraſque partes Hiſpaniæ infeciſſent, virginitatem Beatæ Virginis infamãtes,B.Ildefonſus illis occurrens,ſacrarum Scripturarum teſtimonijs,& lingua melliflua, & gratia in labijs ſuis diffuſa,eorum dogmata confutauit, & ab Hiſpanijs confuſos abegit. Vnde & in feſto glorioſæ Virginis, quod in Hiſpanijs xv. kal. Ianuarij celebratur,cum ipſe ad matutinale Officium comitatus Clero,& populo, & multis luminaribus ad Eccleſiam conueniſſet, apparuit ei Beata Virgo choris Apoſtolorum,Martyrum, atque Virginum comitata, & ſic ait: Quia fide certa, conſcientia pura, lumbos tuos virginitatis cingulo cinxiſti,& gratia labijs tuis diffuſa, virginitatis meæ gloriam in cordibus fidelium depinxiſti,accipe veſtem de theſauris Filij mei, vt etiam in hac vita veſtimento gloriæ adorneris, & ea in meis, & Filij mei ſollemnitatibus veſtiaris.* Lucas Tudenſis Diaconus: *Donis cæleſtibus a perpetua Virgine Dei Genitrice Maria, & Leocadia in-*

Cixil.Vit. S. Ildef. paulo ſup.

Breu.Gienn. hab. in noſtra Biblior.

Roder. Tol. de Reb. Hiſ. li.2.c.22.

*Teudius,ſiue Helladius

Luc.Tudenſ. li.3. Chron. Mundi.

tra-

præſenti vita meruit honorari. Vincentius Beluacenſis Epiſcopus, qui quadringentos ante annos vixit, duas apparitiones a Beata Virgine Ildefonſo fuiſſe factas, dum oſtendit, ſic ait: *Inter cætera bonorum operum ſtudia ſanctam Dei Genitricem ualde familiariter diligebat: in cuius laudem de eius ſanctiſſima Virginitate compoſuit inſigne Volumen, quod ita Sanctæ Dei Genitrici complacuit, ut ei ipſum Librum manu tenens appareret, & pro tali opere gratias referret.* Pauloque poſt: *Volens autē Beatam Virginem altiùs honorare, conſtituit: ut eius ſollemnitas celebraretur ſingulis annis, octauo die ante Natale Dominicum: ut prius eius ageretur feſtum, per quam Deus homo natus uenit in Mundum. Quæ rurſum ei apparuit ſedens in Cathedra prope altare poſita, & Albam Sacerdotalem attulit ei, dicens: Hoc ueſtimentum de paradiſo Filij mei attuli, quo in* Dei, & mei ſollemnitate ueſtiaris: & in hac Cathedra ſedebis, quando tibi libuerit. His dictis, receſsit.* Lucius Marinæus: *Propter ſuam erga Virginem Dei Genitricem contemplationem, dicitur: & ſine dubio creditur, ab ea ueſtem candidam rem diuinam celebraturus, accepiſſe in Eccleſia Toletana, ubi nunc extat Altare, in quo celebrauit.* Ioannes Mariana: *Ad aram ipſe progreſſus, cū nixus de more genibus preces funderet, in Cathedra, unde is ad populum concionari erat ſolitus, aſtantem Beatam Virginem in auguſtiori, quàm pro humano habitu ſpecie uidit, his eum uerbis compellantem: Cultæ in tuo corpore uirginitatis, cum mentis puritate, fideiq. ardore coniunctæ, noſtræq. Virginitatis defenſæ præmium erit ex cæleſti theſauro munus allatum. Inter hæc uerba, ueſtem ſuis manibus capiti inſeruit: Hæc, inquiens, Filij mei, meaq. quæ toto anno recurrunt, feſta celebrato.* Pergrande tandem hoc miraculum totidem verbis referunt, atque confirmant, Rodericus Sanctius, Epiſcopus Palentinus, par.2.c.31.Hiſt.Hiſp. Alphonſus a Carthagena, Epiſcopus Burgenſis, cap.38. de Regib.Hiſp. Aluarus Gōmetius lib. 3. de Reb.geſt.Franc. Ximenij; Ioannes Vaſæus Chron.Hiſpan. ſub anno Chriſti 662. Petrus de Natalibus, Epiſcopus Equilinus, in Catalogo Sanctorum lib. 1. c.76. Alfonſus Hiſpaniæ Rex, cognomento Sapiens, Chron.Hiſp. par.2.c.5. Michael Carranza in Vita S. Ildefonſi, quam præfixit ipſius Lib. de Laudibus B. Virg. Ambroſius Morales Chron. Hiſp. tom.2.lib.12.c.39. Ioannes Magnus, Archiepiſcopus Vſpalenſis, Hiſt. Gotthor. lib.16.c.21. Petrus Caniſius, de Beata Virgine, lib. 5.c.20. Thomas Trugillus tom.2.Theſ.Concionat.ad XXIII. Ian. Garſias de Loayſa Archiep. Toler. Collection. Concil.Hiſp. in Decreto Gundemarij. pag. 277. Arnoldus VVion Lign. Vit. lib.3.ad x.Kal.Februarij. & lib.5. cap.63. Ioannes Maldona-

Vinc. Belua. Spec. Hiſtor. lib.7.c. 120.

* eius, f.

Luc. Marin. de Reb. Hiſ. lib.5.

Io. Mariana de Reb Hiſ. lib. 6. c. 10.

donatus in Vitis Sanctor. Blaſius Ortiz Canonic.Tole.li.de Summo Templo Tolet.c.14.Conſaluus Igleſcas Hiſtor.Pontif.par.1. lib. 4. c.12.Flos Sanctorum Alfonſi Vigliegas par. 2.c. 24. Flos Sanctorũ Petri Ribadeneiræ ad diem XXIII.& XXIV. Ianuar. Prudentius Sandoualius, Regius Chron.Epiſcopus Tudenſis,mox Pampilonenſis, par.1.§.13.Fund.Monaſt.Ben.Hiſp.Ferreolus Locrius lib.2.c.2.lib. 3.c.8.& lib.4.c.18.de Maria Auguſta,Virg.Deipara. Rutilius Benzonius Romanus,Epiſcop.Lauret. & Recinetenſ.in Pſalm. 86.c.40. tradit.38.de B. Virg. Quid cæteros recenſeam? Sed primæ huic noſtræ de Ildefonſo probationi Illuſtriſſ. Card. Baronius finem imponat: *His autem omnes penitus,qui res Hiſpaniarum Eccleſiæ ſcriptis ſunt proſecuti,abſque controuerſia adſtipulantur. Qui verò eiuſdem Sancti Opuſculum legerit, viderítq. quàm ardentiſſimo Dei Genitricis amore ipſe flagrarit,& quàm copioſè proſecutus ſit laudes, cultumq. eiuſdem ſanctiſſimæ Mariæ Deiparæ,haud adeo,puto,mirabitur, ſi tale ab ipſa munus fuerit conſecutus.*

Card.Baron. Annal. to.8. ad an.C.657 pag. 476. edit.Rom.

Cæterùm hanc ipſam veritatem Scriptores altero argumento manifeſtiſſimam adhuc reddidere, dum cæleſtis iſtius veſtis, qua Ildefonſum dignatum voluit Virgo ſacratiſſima,expreſſam adeo mentionem fecere, vt ea de re nullus dubitationi locus amplius relinqueretur.Nam cum impij Mahometi ſectatores, Arabes, vel Mauri Hiſpaniam penè omnem incendijs, direptionibus, ac cæde vaſtaſſent,Toletum mox ipſius Hiſpaniæ vmbilicum,Gotthorum Regiam, anno Chriſti 715. & 152. ab Ildefonſi morte, occupaſſent, eius Eccleſiæ Paſtor nil antiquius in mente habuit, quàm de ſeruanda illa cælitus allata ſacroſãcta veſte.Vnde Rodericus Archiepiſcopus Toletanus: *Vrbanus autem Sinderedi ſucceſſor, de quo ſuperiùs diximus,arcam reliquiarum, & ſcripta B.Ildefonſi, & Iuliani Pomerij,& veſtem ſacram,quam B. Virgo dederat Ildefonſo, cum iam videret in Hiſpanijs deſtructionem Eccleſiæ,& populi Chriſtiani, ad Aſturias dicitur detuliſſe, & de loco in locum, vt perſecutio expoſcebat,a fidelibus ferebatur.* Ioãnes item Mariana: *Vrbanus eius vrbis* (Toleti) *Præſul in ea rerum inclinatione, haud ſatis loci munitione confiſus abierat in Aſtures,ſacraſq. Sanctorum reliquias, ne hoſtibus nominis Chriſtiani ludibrio eſſent,ſecum aſportarat: nominatim veſtẽ Illefonſo Præſuli de cælo allatam, arcamq. reliquijs ſacris refertam, quæ varijs iactata caſibus,Hieroſolymam delata, Toleti conſtiterat: Libros præterea Sacros,ac Sanctorum Virorum ingenij monimẽta,Iſidori,Ildefonſi,Iuliani,ne vi flãmæ cunctа vaſtantis perirent,auro,& gẽmis pretioſiores theſauri.* Ioannes denique Vaſæus: *Quæ veſtis etiã*

Rod. Tolet. de Reb. Hiſ. lib. 4. c. 3.

Io. Mariana de Reb. Hiſ. lib.6. c. 24.

bodie

Digitized by Google

hodie, ſumma cum religione, in adytis Eccleſiæ Toletanæ ſeruatur, quamquam non deſunt, qui in Ouetenſi Eccleſia eſſe dicant. Sed tutior aliorum ſententia, qua dicitur, hanc Ildefonſi veſtem in Ouetenſi Eccleſia venerari. Vnde & Aluarus Gometius rem diligentiùs ſcrutatus, Franciſci Ximenij, Cardinalis, Archiepiſcopi Toletani, Vitæ geſta deſcribens, ita inquit: *Dolebat Toletanam Eccleſiam eo eſſe theſauro ſpoliatam, & nihil magis ex illa calamitoſa Hiſpaniæ vaſtatione, quam ſub Roderico vltimo Gothorum Rege ſuſtinuit, in familiari colloquio deplorabat, quàm ſanctiſſimi Ildefonſi corpus, veſtemq. ſacrã per Virginem Matrem cælitus ad eum deductam, quæ in Ouetana Eccleſia eſt, a templi Toletani adytis, per alienas ſedes exulare.* His inſuper (vt alios prætercam) Ioannes Mariana etiam ſuffragatur: *Veſtis de cælo allata ſimili caſu iactata, Oueti ſeruatur in obſerata arca ab oculis ſubducta mortalibus, eoq. maiori religione culta.*

Io. Vaſæus Hiſp. Chro. ad A.C.661.

Aluar.Gom. lib.3. de reb. geſt. Franciſ. Xim.

Io. Mariana de Reb Hiſ. lib.6. c.10.

Quòd ſi ſuperiores Hiſtorici, vel quicũque alij tãtam de Ildefonſo memoriã ſcriptis cõteſtatam minimè nobis reliquiſſent, nonne oportebat fidẽ adhibere traditioni? Ipſa namque per vniuerſam præcipuè Hiſpaniam per mille fermè annos indubitata traditio eamdẽ hanc noſtram defenſionem optimè tuetur. Ducta ſiquidem per manus fama, & voce omnium Hiſpaniæ Maiorum, ſumma cum fide habitum eſt: Ildefonſum a Beatiſſima Virgine diuino veſtis munere donatum fuiſſe. Quam etiam traditionẽ illud certo certius comprobat, quod rei iſtius factum (vt in ſuperioribus etiam tetigimus) annua celebritate conſecratum eſt Ianuarij die XXIV. cui propter miraculum ipſum, Deſcenſionis B. Mariæ nomen eſt, in quo eiuſdem veſtis Ildefonſo de cælo allatæ memoria renouatur: vt Eccleſiarum inter alias Toletanæ, & Giennenſis monumenta, & Breuiaria, necnõ Ioannes Mariana lib.9. cap.17. de Reb. Hiſp. & alij, quos in antedictis retulimus, patenter demonſtrant. Immo hæc ipſa traditio adhuc ſtabilitur ex lapide illo, quem B. Virgo Mater ſacro ſuo veſtigio ſignauit, in eo Cathedralis Eccleſiæ Toletanæ adytu ad hanc vſque diem exiſtente: vt oculati teſtes, qui viderunt, certiſſimam mihi perhibuere fidem: & Baſilius Ortiz, eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, Libro ſuo de Summo Templo Toletano, ſatis aſſeueranter ſcribit. Iſtius inſuper Toletanæ Eccleſiæ inſignia in ſigillis, & ædificijs expreſſa, quibus ab antiquiſſimis temporibus vti conſueuit, eamdem veritatẽ inſinuant. In his enim Beatiſſima Virgo Angelorum choris circumdata, ſedens in Cathedra, proprijſq. manibus B. Ildefonſum Caſula veſtiens, deſignatur. Quid? quod diuinam hanc Ildefonſo a Deipara Virgine præſtitam gratiam Hiſpani præſertim ipſi, & in Eccleſijs,

&

Digitized by Google

& in domibus, ab illis primis ad hæc noſtra tempora, picturis exprimere ſtuduerunt: cum vt ſanctiſſimi Archipræſulis imaginem venerarentur, tum vt optimi Parentis memoriam traducerent ad poſteros.

Sanctiſſ. Deiparens ſicut S. Ildefonsũ in Hiſpania Toletanum, ita S. Bonitũ Aruernorũ in Gallia Epiſcopum, cæleſti veſte donauit.

Cæterùm (vt deuoti Mariæ ſeruuli magis, ac magis in eius obſequijs ferueant) coronidis vice hunc in locum referre peropportunè voluimus inſigne illud, & indubitatæ fidei miraculum, quo ſcilicet Beatiſſima ipſa ſemper Virgo S. Bonitum Aruernorum in Gallia Epiſcopum, Ordinis etiam Benedictini ſydus fulgentiſſimum, ſimili ferè, qua Ildefonſum, gratia, hoc eſt, cæleſti veſte dignata eſt. Sic enim eidem coæuus, illius Vitæ Scriptor: *Sanctus Aruernorum Antiſtes Bonitus, cum ſe totum contuliſſet ad perfectè amandum Chriſtum, & eius ſanctiſſimam Genitricem, quodam tempore cum turbis ingreſſus templum S. Michaelis, in angulum ſe abdidit. Peractis myſterijs, alijs abſcedentibus, ille in ſuo permanſit latibulo. Et cuſtodes quidem more ſuo circumſpexerunt, num quis adeſſet; ſed nutu Dei factum eſt, vt ad eius latebram non pertingerent. Obſeratis inde foribus, Sanctus Vir tantò liberiùs, quantò ſecretiùs coram Domino effudit animam ſuam, taliſq. ei prolixè oranti viſio oblata eſt: Repentè e cælo inſonuit vox tamquam ſuauis melodiæ, & micantibus luminaribus Vir Sanctus quaſi multitudinem quamdam conſpexit eò aduentantium. Ingreſſa autem in templum eſt Virgo Mater Maria cum candidiſſimo Angelorum, & ſanctorum hominum cœtu, tamquam Regina circumſtante exercitu. Cantabant autem omnes illi laudes Chriſto, & Matri eius: atque ipſa etiam ſanctiſſima Virgo in laudibus Filij ſui vocem exercebat ſuam. Procedebant autem per medium templi chorum; cumque euentum eſſet ad Altare, quæſitum eſt a Sanctis nonnullis, quis nam Miſſam celebraret. Tum Virgo Beata: Ecce, inquit, adeſt hic Bonitus, Præſul verè bonus, & benè dignus, cui hoc muneris demandetur. Audiens hoc ille extimuit, ſeque ſubducere conabatur: cui ſanè lapis ceſſit, in quo hodieq. eius rei apparent veſtigia. Tandem quæſitus, & inuentus, ad illum beatiſſimum Conuentum perductus eſt, Sanctiſq. miniſtrantibus, veſtibus ſacris indutus eſt, & diuinæ aræ applicatus. Conſummato autem ea, qua par erat, ratione ſancto illo opere, Beatiſſima Virgo valefaciẽs dilecto ſuo, pro munere cæleſtem illi veſtem largita eſt. Res eſt nota ſatis, & apud Aruernenſes celebris, maximè in ipſa Aruernorum vrbe, vbi vſque in præſentem diem populis illa veſtis oſtenditur: cuius quidẽ materia, & textura a nullo mortalium poteſt dignoſci. Eſt autem candoris eximij, miræq. tum lenitatis, tum leuitatis. Alius deinde ad eam euectus Cathedram: ſed non eadem morum honeſtate præditus, ſe quoque*

S. Bonit. Ep. Aruern. Vit. ap. Sur. to. 1. Idipſũ hab. Vinc. Belu. Spec. Hiſtor. lib. 7. c. 97.

Viſio S. Boniti.

Miraculum inſigne.

Veſtem mirificã Beatiſſ. Virgo S. Bonito largitur.

que

que par beneficium conſecuturum arbitrabatur, ſi in illa S. Michaelis ede quieſceret. Venit igitur procax, & temerarius, ingreſſuſq. in illã ſobrietatis officinam benè ebrius, mox graui correptus ſopore obdormiuit. Interim verò non exarſit in illum impudentem furor Domini, ſed ſine flagellis eum dimittens, procul a ſanctificationis ſuæ domo iuſſit exportare. Nam facto mane, in ædibus ſuis, adeoq. in ipſo lecto ſuo ſe inuenit iacentem. Inde progreſſus ad famulos ſuos, confeſſus eſt mentis ſuæ malè ſanam arrogantiam: nec tacuit, quàm eſſet ignominioſè repulſus. Itaque iam ſummiſſiùs, ac modeſtiùs de ſe ſentiens, didicit in cordis ſimplicitate quærere Deum.

Hæc autem libentiùs a me dicta ſunt in gratiã Excellentiſſ. Domini, D. Franciſci Comitis a Caſtro, Tauriſani Ducis, Regij apud Sedẽ Apoſtolicã Oratoris, nunc verò Siciliæ Proregis: Viri, quem non minus ſpectata erga Catholicam Maieſtatem fides, ſimulq. prudentia in rebus publicis, & priuatis; quàm in Deum pietas, & religio cõmendat. Is enim ea, vt litteris mandarentur, ob tam inſignis facti memoriam, in hominum animis tenaciùs infigendam, magnopere expetiuit.

De ſacra S. Ildefonſi Sapientia, & ipſius Libris.
Ex Part. V. Sacrar. Concertat. Conſtantini Caietani, Abb. Caſinen. S. Baronti.

NOs *tantùm ſurſum reſpicimus* (inquit Dionyſius) *& manuducimur ad ſplendores diuinos: quantùm diuinorum eloquiorum radius ſe nobis immittit. Lumen enim ſapientiæ* (Ambroſio teſte) *hæreſes fugat, verſutias perimit, occidit perfidias, & virulentiam omnium extinguit errorum*. Quod veraciter conuenire ſcientiæ S. Ildefonſi, S. Iulianus in Epiſcopatu Toletano illius ſucceſſor, teſtatum reliquit hiſce verbis: *Fuit ſapientia ſummus, differendi ingenio clarus, eloquẽdi facultate præcipuus, linguæ flumine copioſus: tantoq. eloquentiæ cothurno celeber habitus, vt diſputationum eius profuſa oratio, dum porrectè dirigitur, meritò non homo, ſed Deus per hominem affatim eloqui crederetur*. Iure itaque meritò Ildefonſum reperimus ob ſolidam fidei conſtantiam, Anchorã Fidei: & ob dicendi facundiam, & ſuauitatem, Chryſoſtomum appellatum aliquando, cum citatur. Etenim quis tam facundus, & tanta rerum, verborumq. copia inſtructus exiſtet vt Ildefonſi laudibus commemorandis, ſcriptiſq. recenſendis par eſſe poſſit? Quis tanta animi facilitate, vt quæ veriſſima ſunt, ijs fidem adiungere inducat in animum? Ex Gallia Gotthica Pelagius

Dion. 1. de Diuin. nom.

Ambroſ.

Iul. Tol de Ildefon. poſt eius l b. de V. i. ill.

Ro . Tol. li. 2 cap. 22. de Reb. Hiſp. Io. Valæus Hiſp. Chron. ſub A. C. 671 Car. Baron. nor. ad Mar. Rom. ad 23. Ian.

quidam,& Helladius profecti, veteris Heluidij inſaniæ ſcintillas in Hiſpania exſuſcitare cœperant: Mariam Virginem negantes perpetuò virginitatem retinuiſſe. Horum furorem (ne patientia confirmaretur audacia, aut mora creſceret malum) ſibi Ildefonſus impugnãdum ſumpſit, comminùs diſputando, eminùs libro euulgato: in quo perpetuæ virginitatis Mariæ patrocinium ſuſcepit. Ea diligentia erroris ſemina diſſipata, compreſſiq. nefarij eorum impoſtorũ conatus. Operæ nauatæ merces Ildefonſo ab ipſa Deipara Virgine veſtis de cælo allata fuit. *Ildefonſus itaque, vir in diuinis Scripturis eruditiſſimus* (verba ſunt Trithemij) *& ſæcularis quoque litteraturæ non ignarus, metro excellens, & proſa, ingenio ſubtilis, ſermone diſertus, & ſuper omnes ſui temporis Epiſcopos facundus, & eloquens* cum eſſet, poſterorum etiam ædificationi maximè inuigilans: *Scripſit ſanè* (ait Iulianus Toletanus) *quamplurimos libros luculentiori ſermone potiſſimos, quos idem in tot Partes cenſuit diuidendos, id eſt:*

Io.Trith. lib. de Scriptor. Eccleſ.

Iul. Tolet. vbi ſup.

Librum Proſopopœiæ imbecillitatis propriæ.

Libellum de Virginitate S. Mariæ, contra tres infideles.

Opuſculum de Proprietate Perſonarum, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Opuſculum Annotationum Actionis diurnæ.

Opuſculum Annotationum in Sacris.

Opuſculum Annotationum in Sacramentis.

Librum de Cognitione Baptiſmi vnum: &

De Progreſſu ſpiritualis deſerti alium.

Quod totum primæ Partis voluit Volumini connectendum.

Partis quoque ſecundæ Liber Epiſtolarum eſt: in quo diuerſis ſcribens, ænigmatibus formulis egit, perſonaſq. interdum induxit: in quo etiam a quibuſdam luculentiora Scriptorum reſponſa promeruit.

Partem ſanè tertiam Miſſarum eſſe voluit, Hymnorum, atque Sermonum.

Vlterioris denique Partis Liber eſt quartus, verſibus, proſaq. concretus: in quo Epitaphia, & quædam ſunt Epigrammata annotata.

Scripſit autem & alia multa, quæ varijs rerum, ac moleſtiarum occupationibus impeditus, aliaq. cœpta, aliaq. ſemiplena reliquit. Hæc ferè eadem Ildefonſi Scripta in Libros diſtincta, Ioannes Trithemius recenſuit.

At temporum, & Sarracenorum iniuria pleraque interierunt: quæ tamen ſuperſunt, hæc numerantur.

Liber

Liber de Illibata Virginitate Sanctæ, ac Glorioſæ Genitricis Dei Mariæ, contra tres infideles: in quo ordine, ac ſynonimorum torrente contra Iouinianum oſtendit, Beatiſſimam Dei Matrem, in conceptu, & partu Virginem permanſiſſe; Dei dono, atque gratia ſingulari.

Præfatio, quâ pia Ildefonſi confeſſio exprimitur, ſic incipit: *Deus, lumen verum.*

Liber autem in duodecim capita diſtinctus: *O Domina mea.*

Franciſcus Feu-ardentius, Theologus Pariſiẽſis, Librum hunc edendum curauit Pariſijs, A.Dom. 1578. Ibidem etiam Margarinus de la Bigne denuò impreſſit 1589. tom. 9. ſuæ Bibliothecæ Patrũ, 2.edit. Sed Baſilius Melanius tunc primùm ex MSS. Codicib. Baſileæ 1557. & Michael Carranza, Louanij 1569. Sed cui deeſt vndecimi capitis medietas, & integrum duodecimum; iuris publici fecerunt, & cum hac inſcriptione: *De Laudibus Virginis Mariæ, deque illius Virginitate, aduerſus Hebræos.* Nos etiam antiquiſſimis characteribus deſcriptum in noſtra Bibliotheca aſſeruamus.

Ildefonſi quoque extat Liber, cõtra eos, qui diſputant de Perpetua Virginitate S. Mariæ; & de eius Parturitione, incipit: *Quamuis omnium Eccleſiarum.* Studio etiam Franciſci Feu-ardentij editus eſt Pariſ. 1578. & Margarini Bignei 1589. Qui adhuc item publicarunt tredecim eiuſdem Ildefonſi Sermones.

I. Sermo. De Parturitione, ac Purificatione S. Mariæ	*Quotieſcumque, dilectiſſimi.*
II. Sermo. Contra eos, qui mendosè affirmant, Mariam Virginem contra Legem Dominum peperiſſe.	*Inter ſanctarum Scripturarũ.*
III. Sermo I. in Aſſumptione beatiſſimæ Virginis Mariæ.	*Hodie, dilectiſſimi fratres.*
IV. Sermo II. De eadem Aſſumptione B. Mariæ.	*Inter præcipuas Sanctorum.*
V. Sermo III. De eadem Aſſumptione B. Mariæ.	*Adeſt nobis, dilectiſſimi.*
VI. Sermo IV. De eadem Aſſumptione B. Mariæ.	*Fratres dilectiſſimi, cum.*
VII. Sermo V. De eadem Aſſumptione B. Mariæ, ſuper illa verba Luc. cap. x. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum.	*Congruè ſatis, & conuenienter.*

Digitized by Google

VIII. Sermo VI. De eadem Aſſumptione B.Mariæ. *Hodie, fratres chariſſimi.*

IX. Sermo VII. De eadem Aſſumptione B.Mariæ. *Meritò itaque ſancta.*

X. Sermo I. In Natiuitate B. Mariæ. *Celebritas hodierni diei.*

XI. Sermo II. de eadem Natiuitate Virg. Mariæ. *Scientes, fratres dilectiſſimi.*

XII. Sermo III. De eadem Natiuitate Virg.Mariæ. *Audite fratres, & intelligite.*

XIII. Sermo in Purificatione S.Mariæ Virginis, ſuper illa verba Lucæ cap.II.Poſtquam impleti sũt dies purgationis Mariæ. *Series huius lectionis.*

Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſeu de Virorum illuſtrium Scriptis. *Virorum adnotationem illorũ.*

Horum autem, quorum Elogia Ildefonſus conſcripſit, ſunt nomina: Gregorius Papa: Iſidorus, Hiſpalenſis Epiſcopus: Ioannes, & Braulio, Epiſcopi Cæſarauguſtani: Aſturius, Montanus, Auraſius, Helladius, Iuſtus, Eugenius II.& Eugenius III.Epiſcopi Toletani: Donatus Monachus, vel Abbas: Nonnitus, Epiſcopus Gerundenſis:& Conantius, Epiſcopus Palentinus. Habetur apud nos cum Appendice Iuliani,&Felicis, Toleti Epiſcoporum, MS.ex Bibliotheca Caſinenſi:& in Bibliotheca Vaticana, abſque auctoris tamen nomine. Excuſus item vnà cum Iſidori Operibus, Madriti 1599. Pariſijs 1601. & Francofurti 1603. to.2.Hiſpaniæ illuſtratæ.

Extat inſuper Ildefonſi Supplementum ad Iſidori Chronica, quod cum alijs quinque Scriptoribus, Ioannes Vaſæus Brugenſis, Scholijs illuſtrauit, ediditq. in Hiſpania. *Res geſtas Gotthorum* (idem Vaſæus ait) *ab anno quinto Suintillæ Regis, vbi finem ſcribendi fecit S. Iſidorus, vſque ad hunc annum, nempe decimum octauum Flauij Receſuinthi proſecutus eſt.* Horũ porro Ildefonſi Chronicorũ auctoritati omnes paſſim illorum temporum Scriptores innituntur.

Io Vaſæus Cron.Hiſp. ſub an.662.

Denique Breuiarium illud, dictum Mozarabe, cuius (de Iſidori Libris ſuperiùs loquentes) meminimus, non tantùm eiuſdem Iſidori vigilijs tribuendum venit, ſed etiam Ildefonſo. Ita enim in eius principio ſtatim legimus: *Incipiunt Horæ canendæ, vel recitandæ ſecundùm Regulam maximi Doctoris Hiſpaniæ, Beatiſſimi Iſidori: ac egregij Confeſſoris Illeſonſi, Toletani Præſulis, Magiſtri.*

Le-

Lectori meo, Conſtantinus Abbas Caietanus, S.

QVoniam nos S. Ildefonſi Vitæ non tantùm Acta, ſed etiam Scripta (vt vt poſſumus) exornanda ſuſcepimus; en benigne Lector, ex perantiquo Bibliothecæ noſtræ MS. Codice, quæ ad calcem ipſius Libri, De Laudibus Beatiſſ. Virg. Mariæ, adiecta eſt, Gomeſani videlicet Abbatis Ildenſis, diligens ſatis Animaduerſio: quæque in MSS. Codicibus, qui Franciſco Feu-ardentio in edendis Ildefonſi Opuſculis auxilio fuere, nequaquam extat. Vale.

Incipit Prologus ad Gothiſcalcum Epiſcopum.

EGo quidem Gomeſanus, licet indignus, Presbyterij tamen Ordine functus, in finibus Pampiloniæ Abbas Ildenſis Archiſterij, in antro ſacro ferente reliquias ſancti, ac beatiſſimi Martini Epiſcopi, regulariter degens ſub regimine Patris almi, videlicet Dulquitti Abbatis, inter agmina Chriſti ſeruorum, ducentorum ferè Monachorum, compulſus a Gothiſcalco Epiſcopo: qui gratia orandi egreſſus a partibus Aquitaniæ, deuotione promptiſſima, magno comitatu fultus, ad finem Galitiæ pergebat concitus, Dei miſericordiam, Sanctiq. Iacobi Apoſtoli ſuffragium humiliter imploraturus; libenter conſcripſi Libellum a Beato Ildefonſo, Toletanæ Sedis Epiſcopo, dudum luculentiſſimè editum: in quo continetur de Laude Virginitatis Sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis, Ieſu Chriſti Domini noſtri Genitricis: vbi prædictus Ildefonſus Epiſcopus diuino ſpiramine afflatus, oraculis Prophetarum imbutus, Euangeliorum teſtimonijs roboratus, Apoſtolorum documentis inſtructus, cæleſtium, ſimul & terrenorum conteſtatione firmatus, gladio verbi Dei armatus, Iouiniani perfidiam vulnerauit, & pugione veriſſimæ rationis Heluidij errorem deſtruxit: Iudæorum quoque duritiam non ſolùm adſtipulatione Angelorum, & hominum, ſed etiam dæmonum prolata confeſſione iugulauit. Iam verò quàm dulcia, quàmque diuino munere compta prompſerit eloquia, quiſquis in hoc Libello ſolerter legerit, facilè præuidebit. Ex quo & credulus hauriet ſuauitatem; & anceps reperiet, vnde a ſe procul repellat erroris prauitatem. Vnde æſtimo incunctanter, vt pari gloria ditetur a Chriſto Pontifex Gothiſcalcus, qui hanc laudem Genitricis Domini, nunc Aquitaniæ Sanctæ Mariæ, initio in propriam Sedem ſpecialiter aduexit; ſicut Ildefonſus Epiſcopus, qui eam vni-

Digitized by Google

vniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ dudum generaliter tradidit; quia etſi materia defuit laboris, æquiparabiliter tamen ſacra deuotio retributione mercedis. Mihi autem exiguo, atque miſerrimo Gomeſano concedat Chriſtus, Glorioſæ Genitricis ſuæ interuentu, placatus, hic emundari a ſorde facinorum: & poſt expletum vitæ huius curſum, cum Sanctis omnibus in Regno cælorum perfrui gaudio feliciter ſine fine manſuro.

Tranſtulit hunc Libellum ſanctiſſimus Gothiſcalcus Epiſcopus ex Hiſpania ad Aquitaniã, tempore hyemis, diebus cœptis Ianuarij menſis, currente feliciter Aera DCCCCLXXXVIIII. Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto vnus Deus gloriatur in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ipſis diebus igitur obijt Gallicianenſis Rex Ranimirus.

Finis Opuſculi Secundi.

Et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam, Deus.

Digitized by Google

Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Patri, ac Domino,

D. PRVDENTIO SANDOVALIO, EX ORDINE S. BENEDICTI EPISCOPO PAMPILONENSI,

Clariſſimiſq. eiuſdem Ciuitatis Prætori, ac Senatoribus, Domnus Conſtantinus Caietanus, Abbas S. Baronti, Congregationis Caſinenſis, Salutem, & Felicitatem.

Gregorij S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopi Oſtienſis, qui Legatus a Summo Pontifice in Hiſpaniã miſſus, eam Prouinciam doctrina, & ſanctiſſimæ vitæ exemplis longè, lateq. illuſtrauit, res geſtæ, quãuis ampliſſimæ, neſcio qua de cauſa, factũ ſit, vt a plerìſque ignorentur. Quamobrẽ ego, qui eiuſdem Inſtituti Religionem profiteor (fuit enim ille S.P.N. Benedicti Legibus addictus, ac Tranſtiberino Monaſterio SS. Coſmæ, & Damiani in Vrbe præfuit) Vitæ eius Acta vndique collecta, ſcribẽda ſuſcepi: & Tibi, Antiſtes optime, cuius pietas, & eruditio Libris etiam editis apud omnes nobilis, mea commendatione non eget: Vobiſq. Clariſſimi Magiſtratus, offerre placuit: Quibus pro certo habeo nihil antiquius eſſe, quàm vt tanti Viri memoria non modò in Hiſpania, ſed apud exteras etiam Gentes omni monimentorum genere propagetur. Et ſanè cum Gregorium omnes Hiſpanorum Eccleſiæ inter Patronos, & Tutelares Diuos (ſi hoc verbo vti fas eſt) agnoſcant, & venerentur; veſtra tamen erga eum pietas, & religio, quã ſacro eius corpori impenditis, in primis illuſtris eſt. Hinc enim fit, vt ad Eccleſiã, in qua nobilis ille theſaurus apud Vos aſſeruatur, homines, tã loci ipſius religione, quàm accolarum laudabili exemplo permoti, e regionibus etiam remotis frequentiſſimè confluant: inde aquam hauſturi, qua ad irrigandos, & fœcundandos agros vtuntur. Vt omittam & alia ſigna, ac prodigia, in quibus mirabilem ſe Deus in Sancto ſuo oſtendit, & veſtræ fidei propitius occurrit. Itaque laborem hunc noſtrum æqui, boniq. conſulite: & munus, quod vobis offertur, benigna fronte ſuſcipite. Quod omnino vos facturos ſpero: ſolent enim exigua dona, quæ conſiderata eorum tenuitate vileſcerent, ex dantis optima voluntate, & illius, cui dantur, humanitate, & generoſitate, plerumque ampliora fieri. Valete. Romæ, Ex Palatio Apoſtolico IV. Non. Aprilis, & Vigilia ſacroſanctæ Ieſu Chriſti Reſurrectionis: Anno ab eiuſdem Natiuit. MDCXVI.

S. GRE-

Digitized by Google

S. GREGORIVS S. R. E. CARDINALIS, EPISCOPVS OSTIENSIS, Ac Bibliothecarius, HISPANIARVM E LATERE LEGATVS:

TERTIVM IN HOC OPVSCVLO RELIGIONIS BENEDICTINAE LVMEN.

QVAE AD VITAE BEATITATEM S. Gregorij Card. Epiſcopi pertinent.

Lucius Marinæus, Siculus, Regius Hiſtoriographus, Lib. V. de Rebus Hiſp. memorabilib. ad Imp. Carolum, & Iſabellam Imperatr. Catholicos Hiſpaniæ Reges.

CVm in Hiſpania citeriori apud Iberum amnem Locuſtarum multitudo ingens per multos annos fructus omnes deuaſtaret, eamq. nec precibus, nec votis, nec ſacrificijs, illius regionis incolæ abigere potuiſſent; tandem multorum conſilio, vel potiùs diuino monitu, per nuncios Romanum conſuluere Pontificem: quomodo ſuis, & aliorum precibus, & conſilijs tanto poſſent obuiare malo. Quorum lacrymoſas preces Pontifex audiens, triduanum populo ieiunium indixit, orans, vt Deus, cuius diſpoſitioni cuncta ſubiacēt, reuelare dignaretur, quo ordine peſtis illa ſedari poſſet. Poſt autem triduum Angelus Romano Pontifici, & cuidam Cardinali viſibiliter apparens, nunciauit: vt Gregorium, qui propter operum ſuorum ſanctitatem ad Hoſtienſem Pontificatum promotus fuerat, mitteret. Quod Romanus Pontifex adimplens, B. Gregorium ſtatim miſit in Hiſpaniam. Qui cum veniſſet, primùm Oppidum Calagorritanum, vbi Locuſtarum denſiſſima nubes campos obumbrabat, viſitauit. Cuius præſentiam peſtis illa ſuſtinere non valens, ſicut fumus a vento repulſa eſt. Pergens inde Lucronium, cæteraſq. viſitans circumadiacentes regiones, & fructus a Locuſtis, & corpora a languoribus, & animas a vitijs virtute diuina, ſuaq. prædicatione liberauit: qui etiam quemdam opilionem, nomine Dominicum, monitione diuina

ad

ad eum venientem, ſacerdotem ordinauit, & indiuiduum comitem ſemper habuit: qui nunc S. Dominicus vulgò de la Calzada dicitur. Beatus verò Gregorius plenus virtutibus, prophetico ſpiritu pollens, & maximis coruſcans miraculis, felix migrauit ad Dominum.

Thomas de Trugillo, Ord. Præd. ex Prouincia Aragoniæ, Tom. II. Theſaur. Concionator. pag. 1107. edit. Venet.

IN feſto B. Gregorij, Hoſtienſis Epiſcopi, & Confeſſoris, IX. Maij. Sicut multi tradunt Auctores, & in Hiſtorijs antiquiſſimis conſtat, circa annum Domini Milleſimum, in vniuerſo Regno Nauarræ erat perſecutio, & afflictio, quam populi ſuſtinebant, ex Locuſtis quibuſdam, & Eruginibus, quæ ſegetes omnes deuaſtabāt, & deſtruebant. Miſerunt ergo ad Sedem Apoſtolicam, nunciantes tantam calamitatem, & afflictionem: ſupplicanteſq. vt Summus Pontifex prouideret ſibi de remedio, & conſolatione aliqua. Qui compatiens eorum laboribus, ad placandam Dei iram, & flagellum, decreuit de conſilio, & aſſenſu Reuerendiſſimorum Cardinalium, mittere in Hiſpaniam Legatum ſuum, Gregorium Hoſtienſem Epiſcopum. Cum itaque perueniſſet Nauarram Sanctus Epiſcopus, ſua ſancta prædicatione, & vita integerrima, vitia emendauit, atque correxit: ceſſantibuſq. peccatis & iniquitatibus, ceſſauit etiam plaga. Inſtituit autem Vir ſanctus etiam proceſſiones multas, ieiunia, orationes, eleemoſynas, ſacrificia, & alia id genus opera ſancta, quibus ira Domini placaretur. Vnde aduocatus eſt nobis hic glorioſus Sanctus contra Locuſtas, & Erugines, aliaq. id genus animalcula, quæ ſegetes ſolent infeſtare. Hinc fit, vt eius aqua, qua lauata fuerint eius oſſa, ſiue contacta, ſi aſpergatur per vineas, hortos, ſegetes, & arbores ſylueſtres, & alias id genus plantas, ſoleat maximo remedio eſſe, ſi adhibeatur contra talia animalcula noxia. Mortuus autem eſt hic glorioſus Pontifex, & fuit eius corpus ſepultum in eodem Regno Nauarræ, videlicet in Berrueca: vbi multis claruit miraculis, & Deus eius interceſſione & precibus multis ſolet ſubuenire.

Digitized by Google

S. GREGORII CARDINALIS, EPISCOPI OSTIENSIS, ET BIBLIOTHECARII, ATQVE AD HISPANOS E LATERE LEGATI VITA,

Deſcripta, notiſq. illuſtrata,

A Domno Conſtantino Caietano, Abbate Caſinenſi S. Baronti.

SACRA Magni Benedicti Religio cum omni tempore Chriſtianæ Reipublicæ præſtò eſſe conſueuit, tum eo potiſſimùm ſæculo, quod annum Milleſimum Orbis redempti ſubſecutum eſt. Ea namque tempeſtate hæreticorum, ac ſchiſmaticorum opera vehementiùs afflictæ, & penè iacentis Romanæ Eccleſiæ Auctoritas, Benedictinorum præcipuè Patrum virtute, compluriumq. ex eodem Ordine Romanorum Pontificum doctrina, ac pietate erigebat ſe ſe, & fulciebatur: quaſi Dei Opt. Max. prouidentia efficeretur, vt e Clauſtrorum penetralibus Defenſores euocarentur, qui vnicè dilectæ Chriſti Sponſæ tutelam fortiter capeſſerent. Ex horum numero fuit Vir ſanctiſſimus Gregorius, de quo noſter futurus eſt ſermo, ſub ea etiam tempora in Italia Reipublicæ bono natus; præſtantiſſima inſuper Cardinalatus, & Epiſcopatus dignitate conſpicuus: qui & in Hiſpaniam Sedis Apoſtolicæ Legatus, ſanctitate, & miraculorum gloria coruſcus, cæleſtia Regna conſecutus eſt. Tanti Præſulis res geſtas, e perditis illorum temporum monimentis, ſi non plena manu, at carptim tamen, in lucem edere contentus ero: neceſſitatiq. parens, quæ ab Hiſpanis Scriptoribus: & ijs, quæ penes me ſunt, antiquis quibuſdam monimentis, ad rem hanc excerpta repoſueram, ad augendam Sacri Romani Senatus dignitatem (vtcumque illa ſint) emittenda exiſtimaui.

S. Benedicti Ordo de Eccleſia Rom. quantopere fuerit benemeritus.

Gregorius itaque egregiam oris dignitatem, inſigniumq. virtutum indolem ſortitus, Benedictino Ordini ſe addixit: cuius ornamentum, iubarq. præclariſsimum breui euaſit. Cum enim perfectiſſimum Religionis ſpecimen ſummæ prudentiæ, conſilijq. Vir & haberetur, & eſſet; paucos poſt annos, ob ſpectatam animi magnitudinem, fidemq. in plurimis maximi momenti negocijs, decedenti Martino, magni per ea tempora nominis, Tranſtiberini Monaſterij SS. Coſmæ, & Damiani ad Micam Auream Abbati, ſummo Monachorum conſenſu ſubrogatur anno Chriſtiano circiter 998. Gregorio V. Pont. Max. Ea dignitate auctus, quippe qui vnus eſſet ex

Gregorius Benedictinorum veſtem induit.

Creatur Abbas.

Vigin-

Digitized by Google

Viginti Abbatibus ſpeciali prærogatiua Pontifici Romano Sacris ſollemniter operanti miniſtrantibus, iam in ore omnium verſari, ipſisq. Summis Pontificibus charus eſſe Gregorius cœpit. Quamobrem Ioannes XVIII. anno 1004. ſui Pontificatus anno I. Oſtienſi Epiſcopo viam vniuerſæ carnis ingrediente, Gregorium Benedictinorum Abbatem e Clauſtro vltro accerſitum illi Eccleſiæ præficit, & in ſacrum Purpuratorum Collegium cooptat. Demandatur quoque eidem Apoſtolica Bibliotheca; munus non niſi doctrina omni refertiſſimis tribui ſolitum: quod Gregorius cum ſub Ioanne, tum quatuor alijs proximè ſecutis Romanis Pontificibus, ſumma cum laude ſolerter exercuit. Enimuerò vti eiuſmodi perſonam egregiè ſuſtinuit, ſic inuictiſſimè ſibi imponi paſſus eſt: quippe cui potiores eſſent inſtitutæ iam vitæ rationes, & tranquillitas mentis; quàm viuere in hominum celebritate, & publicis curarum fluctibus agitari. Verùm pro Chriſtiana re iuuanda qualeſcumque labores ſubeundos eſſe dictitans, impoſitum onus tandem ſuſcepit: neque tamen illico ſe conſecrari permiſit; vigilijs enim, orationibusq. impenſiùs vacans, ad Epiſcopalem dignitatem ineundam animum antea præparauit. Ita demum conſecratus, paſtoralibus curis, ac peruigili Eccleſiæ gubernationi totum ſe deuouit.

Cardinalis etiam Epiſc. Oſtienſis, & Bibliothecarius.

Interea, cum in Hiſpania citeriori apud Hiberum amnem Locuſtarum vis maxima plures annos fruges omnes deuaſtaſſet: nec illius regionis incolæ precibus, votis, ſacrificijs; nedum humano remedio, peſtem illam abigere valerent: tandem plurimorum hortatu, vel potius diuino monitu, Benedictum IX. Pont. † conſuluere, ſi quod ille haberet, quo tantæ cladi poſſet occurri, & ingraueſcens indies malum propulſari. Hæc non ſine lacrymis audiens Benedictus, triduanum populo ieiunium indicit; Deum orans, vt quando ipſius diſpoſitioni cuncta ſubiacent, afflictæ tamdiu Hiſpaniæ calamitatem reſpiceret: ſimulq. dignaretur rationem ſedandæ tam immanis procellæ quoquo pacto commonſtrare. Triduo elapſo, Angelus Domini Pontifici, atque vni etiam ex Cardinalibus ſeſe offert, nunciatq. Gregorium, Oſtienſem Epiſcopum, in Hiſpaniam mitti oportere. Quocirca Pontifex, Gregorio ad ſe ſtatim accerſito, rem totam aperit, gratulaturq. quod ad tantam rem perficiendam diuinitus eligi meruiſſet. Et eò ampliùs prædicit, pleraque eum aduerſa manere, proptereaq. illuſtriori corona donatum iri. Eiuſmodi elogio dimiſſus Gregorius, ſuæ illius nobilis obedientiæ (quæ ſola fidei poſſidet meritum) præſidio fultus; re familiari vænum expoſita, collectaq. vi ingenti pecuniarum, & in pauperes erogata, nonnullis Clericis, ac

†

Ad Hiſpanos Legatus diuino monitu deſtinatur.

Monachis ſecum aſſumptis, in Hiſpaniam contendit. Quò cum perueniſſet, Oppidum in primis Calagoritanum; vbi Locuſtarum denſiſſima nubes campos obſederat, ingreſſus, clariſſimo vitæ exemplo, ac doctrinæ verbo ad pœnitentiam incolas permouet: & ſtatim vrgente calamitate leuari eos a Deo obtinet. Beatiſſimi namque Viri præſentiam peſtis Locuſtarum illa ſuſtinere non valens, tamquam fumus vento mirabiliter euanuit.

Locuſtarum multitudinẽ, quæ Hiſpaniæ campos diu obſederat, abigit.

Inde Lucronium veniens, quod tunc temporis Oppidulum erat, & a ciuibus magna animi pietate, ac religione exceptus; cum hortatione inter Miſſarum ſollemnia ad illos habita, bonorum terrenorum, atque cæleſtium largitorem Deum pœnitentium lacrymis ad miſericordiam flecti pluribus oſtendiſſet: ſic omnium animos contriuit, vt de mutandis in poſterum moribus, deque expiandis omni ratione delictis continuò conſilium caperent.

Per idem tempus Dominicus †† Eremita Villoriæ in Cantabria natus (cui poſtea Calciatenſis cognomen fuit) in monte Bureba ſolitariam vitam ducebat: quandoquidem nec in Balbaneræ, neque in S. Aemiliani Cœnobium admiſſus fuerat, licet id ſummopere expetiſſet. Hunc quinto ſuæ Anachoreſis anno diuinitus admonitum ferunt, Gregorium Epiſcopum, qui Lucronij tunc degebat, conueniret; eoq. magiſtro in ſectandis Chriſti veſtigijs vteretur. Erectum verò longè vehementiùs excitatum diurna viſione: conſpexiſſe namque in organo muſico, quod ad laudes Deo peragendas adhibebat, perſcripta ea omnia, quæ mentis oculis dormiens viderat; tametſi ante hac litteras ignoraſſet. Idcirco alacriùs cæleſti iuſſioni parens, e veſtigio Lucronium perrexit, vt ibi magiſtrum vitæ a Deo ſibi deſignatum adiret. Gregorius benigniſsimè deuouentem ſe ſe Dominicum, in diſcipulorum numerum ſuſcepit. Eo in Oppido vnà ſimul diebus aliquot manſere, liberaliſsimè ab Oppidanis tractati, quod Gregorius veluti eorum omnium ſpei anchora extitiſſet.

†† S. Dominicũ Calciatẽſem inter alios diſcipulos inſtruendum ſuſcipit.

Lucronio igitur diſcedens, ad quoddam flumen peruenit, quod Oppidum nunc S. Dominici (ab eodem Dominico Gregorij diſcipulo, ſanctimonia poſtea celebri ſic appellatũ) alluit. Cumque a finitimis vado tranſiri non poſſe intelligeret, ideoq. iter ſibi longiori circuitu ſuſcipiendum animaduerteret; de fabricando ponte cogitare cœpit. Communicato itaque cum incolis conſilio, opus aggreditur: ac, vt prouinciales ad ſumptus, laboreſq. animaret, ipſe vltro cum diſcipulis, proprijs humeris lapides, ac reliqua operi neceſſaria magna alacritate geſtabat. Porro huius pontis reliquiæ noſtro etiam tempore viſuntur; inter pontem videlicet, qui in præſens integer

Põtem illum quem poſtea Dominicus eius diſcipulus perficiendũ curauit, proprio manuum labore conſtruit.

eſt,

Digitized by Google

eſt, & S. Sebaſtiani Eremum in via regia poſitam, qua ad S. Iacobum Compoſtellanum iter eſt. Ponte extructo, totam illam regionem ſeruus Dei perluſtrauit, vbique Euangelium diſſeminans, ac prædicationem magno cum audientium fructu, animarumq. lucro miraculis confirmans. Similibus quoque exercitijs occupati eius diſcipuli, ad locum, quem Burebam indigenæ vocitant, peruenerunt. Ibi accidit, quod magnopere Gregorij ſanctimoniam comprobauit. Etenim appetente cœnæ tempore, de via, & laboribus iam feſsi, cum cibo, quo reficerentur, omnino carerent, ab loci incolis victum quæritare coacti ſunt. At nemine quidquam porrigente, fortè hortum cuiuſdam militis ingreſsi, fructuum non nihil ad ſedandam famem collegerunt. Hoc ſimul atque miles reſciuit, famulum miſit: qui ablatis fructibus, ſeruos Dei expelleret. Paruit impiæ iuſſioni ſcæleſtus puer; diuina tamen vltio in militem confeſtim irruit. Nam eò vſque is toto corpore inflari cœpit, vt omnes de illius ſalute prorſus deſperarent. Proinde diuinitus ſe correptum ob iniuriam ſeruo Dei irrogatam intelligens, accerſiri diſcipulos iubet, veniamq. demiſsè petens, reſtitui fructus illis mandat, continuòq. priſtinam valetudinem recuperatam ſenſit. Tanto accepto beneficio miles ſe, dum viueret Gregorius, illi famulaturum vouit: ac poſt obitum corpus vbicumque terrarum foret, oblationibus, doniſq. viſitaturum. Quod certè votum fideliter ſeruauit, ac decedens, ab hæredibus ſeruandum mandauit. Eo prodigio animaduerſo loci incolæ, ſeruis Dei obſequia promptiùs præſtitere, eleemoſynas largiùs erogauere, eiſdemq. magno animi ardore adhæreſcere cœperunt.

Gregorij ac eius diſcipulorū neceſſitatibus cæleſti auxilio conſulitur.

Non ita multò poſt ad locum ſunt delati, qui Fajal, vel Fajola Hiſpanicè appellatur: atque is eſſe vulgò creditur, in quo nunc Ciuitas S. Dominici Calciatenſis ſita eſt, vel certè qui non admodum diſtat. Porro cum Dominicus Gregorij diſcipulus ſacrā illic Aedem conſtruere decreuiſſet, anguſtoq. ſpacio delineaſſet; illum Gregorius ſpiritu prophetico afflatus, ſic allocutus eſt: Amice chariſſime, ſi me audieris, multò ampliorem aream Eccleſiæ ædificandæ deſignabis: in ea etenim corpus tuum ſepelietur, & ob tua præclara merita, Deus futuris temporibus admiranda prodigia patrabit; vnde loco magna veneratio, populiq. frequentia accedet. Sancti viri præſagium euentus comprobauit. Quis etenim vmquam vidit virorum, qui Deo chari ſunt, vaticinia falli, aut irrita fieri? Voluit quippe Deus Opt. Max. Sanctum Gregorium prophetiæ quoque lumine illuſtrem reddere.

Gregorius prophetiæ ſpiritu illuſtris.

Iam verò quinquenniū Gregorius per Hiſpaniam prædicationi, &

ani-

Digitized by Google

animarum lucro, mortalibusq. a diaboli ſeruitute, ad Chriſti obſequiũ traducendis impenderat: cum Lucronium reuerſus, in febrem incidit aſſiduã, ſatisq. moleſtam: quæ quotidianis acceſsionibus ingraueſcens, Beati Viri diſcipulos luctuoſo dolore deplorare imminentem magiſtri iacturam cogebat. Ille verò ſupremum vitæ tempus ſibi aduenisse diuinitus intelligens, itineri, quod in patriam tendebat, religioſiſſimè ſe accingens, blando illos ſermone conſolabatur: quieſcerent, & ſe mortem in lucro ponere identidem dictitans. Dein, defixis in cælũ oculis, inter diſcipulorum lacrymas ad æterna gaudia euolauit, ſeptimo Idus Maij, ipſo Gregorij Nazianzeni ſanctiſſimi, ſapientiſſimiq. Præſulis natalitio die: anno ab Orbe redempto 1044. Benedicto IX. Apoſtolicam Sedem obtinente. Quo die in ſacros Faſtos relato, anniuerſaria Gregorij huius commemoratio ab Eccleſia celebratur. Lucronij adhuc viſitur domus, in qua mortalitatem exuit; in cuius memoriam expiationes publicæ, & ſollemni ritu ſupplicationes fiunt.

Sanct'ſſimè obijt.

Diuini honores eidem impendũtur.

Illud quoque memoratu digniſsimum eſt, quod Vir Dei, vt oſtenderet ſe, quemadmodum a diuinæ voluntatis præſcripto numquam viuens receſſerat, ita nec obeuntem recedere, ſepulturam ſuo corpori minimè curauit. Ne ſcilicet vel eo ipſo tempore, quo omnis merendi opportunitas adempta eſt, præmium paupertatis ſpiritus amitteret. Quare diſcipulis præcepit: vt corpus ſuum equo impoſitum, quo ferretur, abire ſinerent: ac vbi tertia vice concidiſſet, ibi illum humarent: vel (quod longè pluribus affirmantibus veritati magis eſt proximum) quo in loco equus conſtitiſſet. Diſcipuli ergo ſanctum corpus in feretro collocantes, equo impoſuerunt. Qui Lucronio egrediens, nemine ducente, per viam regiam S. Iacobi ad eam regionem, quam ciues vulgò vocant Las Cueuas, ad locum de Muez dictum, recta perrexit: ibiq. humi procubuit, vbi nunc viſitur Eremus, quæ S. Mariæ nomen accepit. At Sancti Viri diſcipuli, qui omnes, vno adempto S. Dominico (is magiſtri ſuaſu ad hoſpitale, quod in caſtello Fajola ædificauerat, reuerſus erat) illius corpus comitabantur, equum ſurgere compulerunt. Ille verò cum iterum, ac tertiò procubuiſſet, iuxta S. Gregorij præſagium, locum ſepulturæ deſignauit prope Eccleſiam, vbi illius ſacræ reliquiæ conquieſcunt, quæ S. Saluatoris de Pignaua dicebatur. Id templum eo tempore tuebatur Solitarius quidam magnæ apud homines virtutis, ac ſanctitatis opinione. Hic vnà cum Sancti familiaribus, & Pagi incolis ſacrum corpus multis Martyrum reliquijs adijciens, honorificè condidit. Eò loci multo temporis ſpatio remanſit: lateq. miraculorum

Corpus equo impoſitum, in loco ab eo antea deſignato ſiſtit.

Inter Martyrũ reliquias conditur.

rum

rum fama, quæ ibi diuinum numen fieri permiſit, propagata eſt. Siquidem quiſquis morbo grauiter correptus illuc acceſſiſſet, continuò curabatur; omitto cœcos, claudos, mutos, paralyticos, ſurdos, & a dæmone correptos: qui omnes Sancti meritis quotidie liberabantur. Quoniam verò frequentiſſima patrabantur miracula, inde factum eſt, vt nemo illa ſingillatim perſcribere aggreſſus ſit. Quibus enim id oneris incumbebat, viſum eſt vix fieri poſſe, vt ob eorum celebritatem ex totius Hiſpaniæ memoria vmquam interciderent.

Innumeris miraculis illuſtratur.

Procedente deïn tempore, factum eſt incolarum negligentia: vt beatum corpus tamquam gemma, quæ in auari manus deuenerit, ſub arctiſſima cuſtodia reconditum, & in obſcuro repoſitum, adeo deliteſceret: vt nec locus ſepulturæ poſt aliquot ſæcula demonſtrari poſſet. Verùm Deus, qui Sanctum de monte Pharan in lucem clariſsimam educere decreuerat, cupiditatem eius inquirendi duobus Epiſcopis iniecit: quorum Pampilonæ alter, Petrus nomine; alter Baionæ, Sanctius nuncupatus, tunc temporis præerant. Hi cum religionis ergo S. Iacobum Compoſtellanum adijſſent, ac in reditu in S. Dominici Templo itidem perlitaſſent, S. Dominicum S. Gregorij Oſtienſis diſcipulum cognouerunt, qui apud Lucronium Deo ſpiritum reddiderat. Igitur anxiè illò perrexere, vbi obijſſe extremum diem Gregoriū tenuis fama vulgauerat. Proindeque de loco certiores facti, ad villam quamdam, de los Arcos, profecti ſunt. Ab incolis deinde ad Eccleſiam perducti, quæ (vt ſupra dicebamus) antea S. Saluatoris de Pignaua vocabatur (id monti nomen ſemper fuit) Clerum totius finitimæ regionis ad quoddam veluti Concilium conuocantes, cum eo de eruendo Gregorij corpore maturiùs deliberauerunt; indictoq. triduano ieiunio, a Deo poſtulauerunt: vt certum ſerui ſui ſepulturæ locum pro illius nominis cultu oſtendere dignaretur. Tertia die Epiſcopi precibus intenti, ſub auroram radium lucidiſſimum deſcendentem a cæli faſtigio ad Viri Dei tumulum, ingenti cum lætitia, & admiratione conſpexerunt. Eo præuio illuc accedentes, atque humum defodientes, e qua ſuauiſsimus odor exhalabat, ſacrum corpus inter innumerabilia Martyrum oſſa reconditum inuenerunt. Tam inæſtimabili theſauro reperto, omnes, qui aderant, gratias vberrimas Deo egere; pſalmos, & hymnos miræ iucunditatis decantantes, dum corpus efferretur. Quod quidem in arcam ligneam ſatis affabrè, vt temporibus illis, elaboratam intulerunt: in eaq. noſtra etiam ætate præſtantiſſimus illi habetur honos, Deo corporis Sancti inuentionem frequentiſſimis ſignis decorante.

Habac. 3.

A Pampilonæ, ac Baionæ, Epiſcopis ſacrum Gregorij corpus, vt magis, magiſq. veneraretur, eleuatur.

Inter

Inter cætera miracula (quando hominum, qui tunc temporis vixerunt, incuria plurimorum memoria intercidit) perpauca a quódam Lectore eccleſiæ Cabregenſis, cui Aegidio nomen fuit, commemorantur. Hic etenim, quæ ſuo tempore ſigna diuinitus ob Sancti merita facta ſunt, obſeruare, ac ſcribere orſus, diligenter examinata, ab obliuione vindicauit. Nos ea quàm ſimpliciter, breuiterq. deſcripta hìc referemus. Sunt verò, quæ ſequuntur.

Multis etiā poſt eius mortem annis, miraculis coruſcat.

Anno Domini 1298. Armiger Equitis cuiuſdā Nauarri, qui Fortunius de Almozauia vocabatur, ſurdus & mutus, in S. Gregorium valde religioſus, in eius Eccleſia vigilias egit, precibusq. impenſiore ſtudio ſe dedit, vt auditum, & loquelam recuperare poſſet. Octaua die cum Clerici terræ Berrucecæ, & Valdegæ, aliorumq. locorum, eòdem cateruatim veniſſent pluuiæ impetrandæ cauſa; ille Sancti meritis & interceſſione voti compos factus eſt.

Surdū, & mutum curat.

Anno Domini 1302. die 3. Iunij ad Eccleſiam, in qua S. Gregorij corpus conditum eſt, vir quiſpiam de Olite contendit, Vici nomine quinque ſolidos offerens: affirmabatq. præteritis temporibus loci incolas graui peſtilentia, ac Locuſtarum plaga conflictatos, dictam ſummam ad ſumptum lucernarum Sancto vouiſſe, vineisq. & agris aqua beati Viri reliquijs ſanctificata luſtratis, calamitatē omnino ceſſaſſe. Simile huic recenſebat Cuſtos Cœnobij S. Franciſci de Eſcella corā eodē Aegidio, & Vicario de Pedramillora, Petro Ioanne nuncupato: ac Michaele Sanctio clerico, Vicario S. Gregorij. Eiuſdem generis prodigium accidit in Falces, cui Pagi incolæ illa ipſa de cauſa quotānis octo tritici rubeos Eccleſiæ S. Gregorij offerunt.

Aqua Gregorij reliquijs ſanctificata, campos fœcunditati reſtituit.

Anno Domini 1310. die 12. Martij, in Villa de Arellano, cum in aurem cuiuſdam Sacerdotis, Pyrrhi nomine, granum hordei incidiſſet, nullaq. ratione extrahi poſſet: ille numquam intermiſſis ad Deum precibus liberari ea moleſtia expetebat. Nihilominus opera Chirurgi vſus eſt, ſi quo modo laboranti auri remedium afferre poſſet. Sed cum contra atque ſperauerat, accidiſſet, inflammatisq. auribus præ doloris magnitudine ſomnum capere non poſſet; ſe ipſum piè S. Gregorio commendans, ad eius Eccleſiam non ſine incommodo ſe contulit, fratre ſibi comite adſcito. Vigilans itaque ante Sancti altare, vouit ſe illi certam tritici menſuram, in ſingulos vitæ ſuæ annos oblaturum, ſi morbum depelleret. Voto nuncupato, granum hordei ſtatim ex aure hominis exijt, eiusq. dolor ſedatus eſt.

Quidam vir auris impedimento liberatur.

Anno Domini 1312. in loco Vianæ, vxor Quæſtoris S. Gregorij ita obſurduit, vt per ſeptem menſium ſpatium, remedium morbo inuenire nequiret. Viſum idcirco diuinam implorare opem. Quare

Mulier item auris ſurditate.

ambo

Digitized by Google

ambo multas piaculares hoſtias Deo offerri curarunt, preces etiam varias fundi, vigilias ipſi cum in Eccleſia Vianæ, tum alibi peregerunt. Sed cum nec eo pacto audiendi facultas mulieri reſtitueretur; vir, qui (vt diximus) S. Gregorij Quæſtor erat, vxori ſuaſit, vt ad illius Eccleſiam ſe conferret, illicq. supernum remedium ob Sancti merita præſtolaretur. Cumque mulier marito obtemperaſſet, multis lacrymis, ac gemitibus Sanctum rogabat: vt vel auditum ſibi impetraret, vel ex hac vita celerem diſceſſum. At Sanctus mulieri priſtinum aurium ſenſum reſtituit. Quarta etenim nocte, dū illa eſſet in Eccleſia, peruigilium de more habens, circa ſextam horam, galli cantum auditu percepit, & paulò poſt campanarum ſonum, quibus ſurgendi ad matutinas horas perſoluendas, ſignum dabatur. Et in hunc modum cognouit ſe meritis S. Gregorij a ſurditate liberam eſſe. Gratias itaque ingentes Deo, ac B. Gregorio ob acceptum beneficium reddidit: & domum magna cum hilaritate reuerſa, annis ſingulis eleemoſynam pro cereis ſacro Corpori accendendis, erogare perſeuerauit.

Anno Domini 1322. XIII. Martij, Sabbato, ad hanc Eccleſiam mulier quædam acceſſit e loco de Ameſcua, a dæmone correpta: quæ cum ante altare S. Gregorij vigilaſſet, ea hora, qua Monaſterij Abbas Miſſæ officium celebrabat, vſque adeo a maligno ſpiritu torta, & conuulſa eſt: vt eam mortuam, qui præſentes aderant, reputarent. Verùm paulò poſt, mulierem dæmon reliquit, ac tantum fragorem, ſtridoremq. edidit, vt ruere templum videretur: abiens, tale inditium præbuit, vt murorum fracturæ etiam nunc aduerti facilè poſſint. *Ab alia dæmon expellitur.*

Anno Dom. 1323. die Sabbati, quo anniuerſaria S. Gregorij Papæ gratulatio celebratur; quidam villæ Eſtellæ incola, Petrus Garzia nomine, eius loci lanio, diu ante auditu carens, ad Eccleſiam huius S. Gregorij cum alijs feſto interfuturus acceſſit: cumque integram noctem peruigil exegiſſet, Sanctoq. ſupplicaſſet, vt medicam manum morbo ſuo adhibere ne dedignaretur; neque tamen iuuamen vllum ſenſiſſet: ſceleribus ſuis id attribuens, domum verſus triſtitia obrutus, iter cœpit. Verùm Eſtellæ villæ finem ingreſſus, ſonum campanarum audijt, ac planè comperit ſe, quod petierat, impetraſſe. Quare Deo, ac Sancto quàm maximas gratias agens, eleemoſynam, quantumcumque potuit, ad Eccleſiam miſit. *Surdus etiā alius.*

Neque illud ſilentio præterierim, ab Hiſpania vniuerſa præcipuè cōtra Locuſtas, Eruginem, aliaq. id generis animalcula, S. Gregoriū Patronum coli, inuocariq. ſolere: vt cuius in eiuſmodi malo præſen- *Gregorius Hiſpanorum Patronus.*

V tiſſi-

Digitized by Google

tiſſimum auxilium experti fuere. Inde factum eſt, vt eius aqua ſacrorum oſſium contactu,ſiue aſperſione ſanctificata, vineis, hortis, ſegetibusq. aſpergi contra noxias beſtiolas conſueuerit.

Bius nomini Nobilium Sodalitas erecta.

Tot itaque, penèq. innumera in Hiſpanorum, ac Nauarrenſium populos collata beneficia, Nauarrenſes potiſſimùm animo repetentes,ne feruor vllo vmquam tempore, religioſorum hominum conteſceret,ſed cultus in dies magis,ac magis augeretur:multis ab hinc annis viri aliquot ex primaria nobilitate in vnum coeuntes, Sodalitatem ſub S.Gregorij tutela conſtituerunt: qui certis Legibus parerent,& meditationibus ſpiritualibus exercerentur.

Nec plura ſunt,quæ de S.Gregorio,Cardinali,Epiſcopo Oſtienſi, ſuperfuere, vt in vnum redigi poſſent. Hæc enim, quod ab initio præfatus ſum, ſatis pauca ex tanti *Præſulis geſtis relicta* ſunt: Ex quibus tamen haud difficile erit, illius præſtantiſſimas virtutum laudes,vt ex vngue leonem,quod aiunt,cognitas ſuſcipere.

Inueſtigantur quædam ad S. Gregorij Card. Epiſc. Oſtienſis, Hiſpanienſis Legati, Vitam pertinentia.

NOn immemor ſum ſcripſiſſe me in S. Gregorij Epiſcopi Oſtienſis Vita, legatum eum † a Benedicto IX. Summo Pontifice, in Hiſpanias fuiſſe Redemptionis anno 1039. eaque in Legatione in cæleſtem patriam emigraſſe anno 1044. eodem Benedicto Pontifice adhuc ſuperſtite, repugnantibus licet Hiſpanicarum rerum Hiſtoricis, ac etiam inter ſe pugnantibus. Soluam itaque,quod debeo, & ſolidiſsimis cum rationibus, tum auctoritatibus ſententiam noſtram comprobabo: ſperoq. inter differendum pleraque notatu non indigna ex antiquitatum tenebris erutum iri.Hiſpanici Scriptores in hoc ferè conſentiunt,Locuſtarum peſtem illam, fruges per Hiſpaniam corrumpentem(quam ob rem Pontificem Romanum regionis illius incolæ conſuluere) non multò poſt annum Chriſti milleſimum exortam: cæterùm nec quiſnam fuerit Romanus ille Pontifex, quo auctore, Gregorius Legationem ſuſcepit, nec in anno initæ ab Gregorio Legationis, obitæue mortis, inter illos conſenſio, alijs alia tradentibus. Et de Pontifice, Ludouicus Vega Leonem IX. Gregorium VII. nonnulli autumant. Obitum verò, Thomas Trugillus,& Ioannes Marieta circa milleſimum Chriſti annum; quidam 1098. incidiſſe contendunt. Oſtendamus igitur nos, qua ratione annum 1044. Gregorij ſupremum aſſeruerimus. Et quidem primum argumentum S. Dominicus Calciatenſis Gregorij diſcipulus mihi ſuppeditat: qui(vt conſtat ex eius Actis) ſimul ac Magiſter ſpiritum emiſit,ad pontem (ſuo poſtea nomine celebrem) conſtruendum animum appulit: eoque opere poſt quinquennium abſoluto, annos 60. ſuperuixit: vitaq. functus eſt ſalutis anno 1109. 4.Idus Maij. Anni ergo 65.ab Gregorii obitu ad Dominici vitæ finē interceſſere:quos quidē annos 65. a 1109. ſi dēpſeris, iã inuenies, eo ipſo, quem poſuimus,anno 1044. Gregorium obijſſe. Hinc cæterorum ratio

Lud.Vega p. 1.c.8. Tho. Trugil. Theſ. Cōuc. to.2. Io. Marieta hiſt.Eccl.lib. 5.c.68.

Digitized by Google

ratio pendet, ſuſceptæ Legationis tempus, & Pontifex Romanus, cuius iuſſu Legatio decreta. Concedunt ſiquidem omnes, & in primis Vega, quinque annos a Gregorij aduentu in Hiſpaniam, ad eiuſdem mortem interfluxiſſe: porro ſi mors anno 1044. incidit, neceſſe eſt, miſſum in Hiſpaniam Gregorium anno 1039. vti nos conſtitueramus. Pari ratione de Pontifice conſtabit, quem, vt aſſeuerabamus, Benedictum IX. fuiſſe conſequens eſt. Sedit namque Benedictus ab anno 1032. ad 1045. Vnde etiam liquet, eumdem Romanum Pontificem Gregorio ſuperſtitem vixiſse, quando hic anno 1044. deceſsit, quod & nos annotauimus.

Ludⱬ.Vega loc. cit.

Deinde illud etiã diligenter attendendum, a Gregorio VI. qui in Rom. Pontificatu Benedicto IX. ſucceſsit, ad Paſchalem II. hoc eſt, ab an. 1045. ad 1100. nullum vſquã legi Oſtienſem Epiſcopũ, qui Gregorius vocaretur; immo nulli ex ſeptem Eccleſijs, Cardinalibus Epiſcopis attribui ſolitis, præfuiſſe quemquam, cui Gregorio nomen eſſet, præter vnum Cardinalem Sabinenſem creatum a Gregorio Papa VII. ad annum 1076. Sanè Cardinales omnes Oſtienſes, qui intra proximè notatum tempus vitam duxerunt, in promptu eſt recenſere: etenim a Gregorio VI. ad Stephanum IX. Leonis IX. ſucceſſorem, Cardinalis quidã, Petrus nomine, Oſtienſem Eccleſiam regebat: cui defuncto idem Stephanus IX. Petrum Damiani ſubrogauit anno 1058. Petrum Damiani excepit Gerardus anno 1072. Hunc verò anno 1077. ſecutus eſt Otho: Othoni alter item Otho ſubſtitutus eſt anno 1088. in cuius locum Paſchalis II. Pontifex Leonem Marſicanum renunciauit. Conſtitutum eſt itaque poſt Benedictum IX. Romanum Pontificem, neminem Oſtienſem Eccleſiam obtinuiſſe, Gregorij nomen præſeferentem. Vnde cum Hiſpanorum commenta Leonem IX. aut Gregorium VII. Legationis auctorem opinantium clariſsimè refelluntur; tum ſententia noſtra de Benedicto IX. Pontifice, & Gregorij noſtri Oſtienſis obitus anno magnopere illuſtratur.

Sed excipiet hoc loco aliquis: nec ante Benedictum, nec eodem Benedicto ſedente, quemquam vſquam legi Gregorium, Oſtienſem Epiſcopum, apud vllum ferè eorum, qui aut Romanorum Pontificum Vitas, aut Eccleſiaſticas Hiſtorias conſcripſere. Ego verò ingenuè fateor nihil me iſtorum ſilentio abſterreri, in tanta præſertim antiquiſsimorum temporum caligine. An non enim ſuffecerit vniuerſæ Hiſpaniæ quaſi per manus tradita perſuaſio, famaq. & tot eius Gentis Scriptorum atteſtationes, illius inſuper Eccleſiæ, in qua Gregorij corpus conditum eſt, tabulis, monimentisq. corroboratæ? Perſanctè, inuiolatèq. ab Hiſpanis colitur Gregorij nomen: nec vnquam aliter, quàm Oſtienſem Epiſcopum, Sedis Apoſtolicæ Legatum, a Maioribus accepere. Ita vt nefas putarent, ſi quis id in dubium reuocare auderet. Præterea extat apud me Ioannis XVIII. Priuilegium, Tranſtiberino Monaſterio SS. Coſmæ, & Damiani ad Micam Auream conceſſum, ad cuius calcem hæc leguntur: *Data IV. Kalend. Aprilis per manus Gregorij Epiſcopi, & Bibliothecarij S. R. E. atque Epiſcopi Sanctæ Oſtienſis Eccleſiæ, Anno Deo propitio Pontificatus Domni Iohannis ſummi Pontificis, & vniuerſalis* * *Septimi decimi Papæ, in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli ſecundo, in Menſe, & Inditione ſupradicta tertia*. Hoc amplius ex eiuſdem Cœnobii monimentis

Monaſteriũ hoc ad Moniales S. Frãciſci traductum, in præſens vulgò S. Coſmatus.

* Legendum octaui decimi, tũ ex a-

tis Gregorium ex Abbate Cardinalem, Epiſcopum Oſtienſem, ab ipſo Ioanne XVIII. creatum inuenio anno 1004. ſui Pontificatus I. Quæ cum ita ſint, nec alius quiſpiam Gregorius Oſtienſis per ea tempora commemoretur: quin audacter affirmare poſſum, Gregorium hunc noſtrum a *Benedicto* IX. in Hiſpaniam Legatum, illum ipſum eſſe, quem Ioannes XVIII. in Collegium Cardinalium cooptauit, Oſtienſiq. Eccleſiæ præfecit. Quandoquidem nec tot anni ab Ioanne XVIII. ad *Benedictum* IX. interceſſerunt, vt Gregorius ab illo, ad huius tempora vitam duxiſſe absurdum ſit; nec illa tempeſtate Cardinalium ad Epiſcopatus quaſi per gradus aſcenſus, vt plurimum, ſicut noſtris temporibus, vſurpabatur; quod innumeris exemplis oſtenderem, niſi ſuperuacaneum videretur. Nec plura his de S. Gregorio, Hiſpanienſi Legato, inueſtigare potui. Quibus tamen nonnullis ſatisfactum eſſe poſsit, qui eorum, quæ in eiuſdem S. Gregorii Vita affirmaueram, rationes efflagitare videbantur.

lio inſtrumẽto, quo habetur Ioannes decimus octauus; tũ ex Indictione tertia, quæ incidit in an. MV. tũ quia in alijs monimẽtis ipſe ſe vocat decimum octauum; tũ demũ quia Ioãnes XVII. nõ plus quatuor menſes ſedit.

Nec tamen obliuiſcar, quòd R. Admod. *P. D. Andreas Salazarus* (vir ſanè pius, ac litterarum peritia inſignis) dum A.C. 1612. ſuæ Congregationis *Hiſpanicæ Procurator* Generalis, Romæ degeret, ex his *Scriptorũ* monimentis, quæ de *S.* Gregorio Card. Epiſc. Oſt. hic tradidimus, multa nobis eſt impertitus.

Per idem tempus Dominicus †† *Eremita Villoria, &c.* Hoc etiam paucis expreſsit Ioannes Maldonatus de eodem S. Dominico Calciatenſi verba faciens: *Dominicus Calciatenſis Villoria, quod Oppidum eſt Cantabriæ, natus, primis annis virtutis, ſanctimoniaq. ſigna haud obſcura dedit. Iam verò adultus, omnia mundi oblectamenta faſtidiens, religionem, mundiq. contemptum inhiabat. Primò Balbanera Abbatem adijt, vt eius ſe ditioni ſubmitteret, Chriſtiq. militiam eo duce ſubiret. Sed ob diſparitatem morum non receptus, ad S. Aemiliani Abbatem contendit, qui Dominici contubernium, vt nimis ſeuerum, & graue etiam auerſatus eſt. Repulſus ab ijs Dominicus, ad Gregorum quemdam Epiſcopum, cuius erat in Hiſpania tunc fama percelebris, perrexit: Eiusq. tamdiu eſt veſtigia ſecutus, ſanctimoniamq. æmulari conatus, quamdiu Gregorio ipſi vita ſuperfuit.*

†† Io. Maldon. Vit. Sanct. in Dominico Calciatenſi.

Finis Opuſculi Tertij, & Vltimi.

Et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam, Deus.

In Iſid.

Digitized by Google

In Iſidoro Hiſpalenſi, quæ omiſſa fuere, hæc ſunt.

PAg. 5. lin. 44. del Pilar; adde: Ioannes Mariana e Societate Ieſu; Didacus del Caſtillo, Prior, & Canonicus Eccleſiæ Palentinæ, in Libris --

Pag. 10. poſt lin. 26. adde: Demum in Iſidori Obitus huius deſcriptione maximè conſiderãdum venit illud aliud, quod Redemptus verbis iſtis innuebat: *Poſt hæc vulnere percuſſus eſt, ita vt, dum febris in corpore conualeſceret, & cibum reijceret debilitatus ſtomachus, ad pœnitentiam cõualeret: atque ſuos Coepiſcopos, Ioannem ſcilicet, & Aparcium, beatiſſimos mox adeſſe faceret præſentes.* Et pauciſſimis interiectis: *Dum in prædicti Martyris* (Vincentij) *Baſilica, iuxta altaris cancellum, in medio poneretur choro, mulierum turbas longiùs ſtare præcepit: vt in accipiendo ipſe pœnitentiam, virorum tantùm, non illarũ, circa eum cerneretur præſentia. Et dum a prædictis Sacerdotibus, ab vno cilicium, ab altero ſuper ſe mitti expoſceret cinerem; expandens manus ad cælum, &c.* Vt iram ſuam Deus erga peccantes homines in miſericordiam verteret, atque propitius redderetur; tam in Nouo, quàm in Veteri Teſtamento ſollemnis quidem fuit conſuetudo, induendi ſe cilicio, & cinere ſe aſpergendi. Nam ſicut cilicium mortificationis eſt habitus, ita cinis pœnitentiæ ſymbolum. In Lege tamen gratiæ, religioſis quibuſque vſus hic certè frequentior: nec ſolùm in morte, verùm in vita quoque: vt continua rebellis carnis incẽtiua domarẽtur. Huius generis multa ſuppetunt exempla, ſed vnum, vel alterum in hunc locum referre ſufficiat. Itaque S. Fauſtus de Patribus ſanctiſſimis, Benedicto, & Mauro ita teſtatur: *Frequenter enim eum vidimus in diebus ſanctæ Quadrageſimæ nec tunica, nec cuculla, niſi ſolummodò ſacco vti cilicino: & duabus tantummodò vicibus in hebdomada paruiſſimũ potiùs prægustare, quàm ſumere cibum. Iſte quippe mos in omni vita ſanctiſſimo fuit Benedicto: cuius ille exemplo prouocatus, afflictione perualida carnem macerabat, in quantum illi eiuſdem Patris ſui permittebat licẽtia. Nam reliquo totius anni tempore ſub monachali tunica ſemper aſperrimo a ſcapulis vſque ad renes induebatur trogulo.* De S. Mauri obitu verba faciens, ſubdit etiam S. Fauſtus: *Dolor lateris grauiter beatum inuaſit Maurum: qui languore ingraueſcente, ante altare B. Martini ſuper cilicium ſtratus ſui decubans, cum exitum ſuum viuificorum muniſſet perceptione Sacramentorum, aſtantibus, qui relicti fuerant, diſcipulis, migrauit feliciter ad Dominum.* De Sancto illo Martino Turonenſium Epiſcopo, Seuerus Sulpitius: *Recurrit ad nota præſidia: cilicio obuoluitur, cinere conſpergitur, cibo, potuq. abſtinet, orationem noctibus, diebuſq. perpetuat.* Et iterum: *Foribus obſeratis, in medio Eccleſiæ, cilicio circumtectus, cinere reſperſus, ſolo ſtratus orabat.* Eius verò obitum commemorans: *Itaque cum per aliquot dies vi febrium teneretur, non tamen a Dei opere ceſſabat; pernox in orationibus, & vigilijs, fatiſcentes artus ſpiritui ſeruire cogebat, nobili illo ſtrato ſuo in cinere, & cilicio recubans. Et cum a diſcipulis rogaretur, vt ſaltem vilia ſibi ſineret ſtramenta ſupponi: Non decet, inquit filij, Chriſtianum niſi in cinere mori.* Sed perantiquis omiſſis, de Carolo Borromæo, Cardinali, Archiepiſcopo, temporis noſtri ſanctitatis

Fauſt. Vit. S. Mauri. apud Sur. tom. 1.

Cilicina veſtis & abſtinẽtia SS. PP. Benedicti, & Mauri.

Seuer. Sulp. Vit. S. Mart. ap. Sur. to 6.

Cilicij vſus, cineris aſperſio, & oratio, vſitata præſidia S. Martino.

Præclara S. Martini vox

Digitized by Google

iubare ſplendidiſſimo, accipe, quid Carolus a Baſilica-petri ſcribat: Nam
Carol. Baſil. pet. li. 6 c. 8. Vit. S. Carol. Boriom. poſtquam viuentem illum cilicio vti ſolere teſtatus eſſet, adiecit quoque: *Sanctiſſima igitur Hoſtia celebriter allata capite, brachijs, toto denique corpore Carolus nitebatur, vt aſſurgeret: Sed nobis adiuuantibus, ſeſe ita ſaltem extulit, vt linea veſte, ac ſtola collo inducta, religioſè ſacroſanctum Viaticum acciperet: quod Extrema Vnctio ritè adhibita ſtatim ſecuta eſt.* Et poſt nonnulla: *Cilicium illi cum ſacro cinere impoſuimus ex Inſtituto veteri: quod ille in Libro Rituum Eccleſiæ ſuæ renouari iuſſerat: Ac meritò quidem vel ad eius aſperitatem vitæ ſignificandam id erat adhibendū.* Quonam autem modo ſacer hic piorum fidelium mos a Benedictinis Patribus peragi conſueuerit, en ex MS. veteri Beneuentani Monaſterij S. Sophiæ Breuiario, & Rituali, quod ſign. num. 4928. Vaticana ſeruat Bibliotheca, promiſſum præſto.

Cilicij benedictio. *Monachi grauiſſima, & mortali infirmitate detenti, poſtquam ſacra Pœnitentiæ, ac Extremæ Vnctionis Sacramētis muniti fuerint; cum viſum fuerit ad exitum propinquare, cilicium benedicatur ita: Pijſſime, atque miſericordiſſime Deus, apud quem nec poſt contemptum culpa reatus præ-*
Iona 3. *iudicat; nec iuſtificatio longitudine temporis, ſed puritate cordis acquiritur: Quique Niniuitis ob perfidiæ ſuæ meritum pauenda ſubuerſione mulctandis, ad Ionæ Prophetæ tui prædicationem Regi eorum, vt ſaccum indueret, ſeque cinere aſpergeret, ad pœnitentiam ac humilitatis indicium inſpiraſti; reſpice propitius ad deuotionem noſtram, ciliciumq. iſtud cæleſti benedictione perfunde; quatenus hic famulus tuus (Ill.) qui ob exitus ſui munimen in ſignum pœnitentiæ, ac humilitatis induendus eſt, nullam malignorum ſpirituum incurſibus ſuſtineat læſionem; ſed pietate tua, Angelis ſanctis ſuffragantibus, vltrices gehennæ pœnas mereatur euadere, atque cæleſtis Regni gloriam obtinere. Per Dom.*

Item, Cineris benedictio.

Cineris item *Omnipotens æterne Deus, qui omnibus, quos ſaluare decernis, cor pœnitēs tribuis, & pœnitentibus veniam largiris; exaudi nos propitius, & præſta:*
2. Reg. 12. *vt ſicut Dauid Regis afflictionem, depoſito diademate, pœnitentis, ac peccatum ſuum cineris aſperſione damnantis, per Nathan Prophetam tuum remiſſionem ſceleris approbare dignatus es, dicens: Dimiſſum eſt tibi peccatum tuum; ita & huius famuli tui contritionem aſpicias, commiſſa dimittas: atque hos cineres, quibus aſpergendus eſt, benedicas; quatenus noſtræ ſemper conditionis reminiſcens, quam primi hominis memoriæ imprimere*
Gen. 3. *dignatus es his verbis: Terra es, inquiens, & in terram ibis; cæleſtia iugiter cordis obtutu perſpiciat: & quæ te largiente perſpexerit, omnium Sanctorum tuorum precibus comprehendat. Per Dom.*

Deinde expandatur cilicium in terra, & ſuper eum cinis, & aqua ſanctificata aſpergantur: & ſic deſuper corpus ponatur. Tunc Sacerdos faciat Crucem de ipſo cinere ſuper pectus eius, ſuper quam aqua ſanctificata aſpergatur. Ab inde, tacto ſigno a Priore, conueniant omnes, & incipiant canere Pſalmos ſpeciales: ſequantur Litaniæ, &c.

Pag. 18. poſt teſtimonium Lucij Marinæi. adde:

Ioannes Maldonatus ſuo in Opere de Vitis Sanctorum.

I*Sidorus Hiſpalenſis Eccleſiæ Præſul, Leandri ſucceſſor, ac germanus, adeo*

adeo doctrinam omnium frugé præcelluiſſe, coætaneis viſus eſt: vt renaſcentem in eo veterem eruditionem demirati, veneratiq. ſunt. Nec illos ſanè feſellit opinio. Cuiuis rectè penſitanti, quàm diuerſa vnus ſtudia complexus fuerit, quantis laboribus contenderit, ſibi non ſolùm natum videri: perfacilis erit cognitio, virum doctiſſimum, conſummatiſſimum, ſanctiſſimumq. fuiſſe. Scripſit tot, tantaq. volumina, vt humana vix vita tantis ſuffectura laboribus videatur. Sed qui Deo ſtudent, nihil non procliue ſentiunt, nihil fruſtra conantur, nihil non ex voto conſequuntur. Suſcitauit hunc Deus diuinum Antiſtitem, ne Hiſpaniæ res penitus obliteſcerent: ſed eſſet tandem, qui ſecordia nos, ac imperitiæ argueret. Faciunt quidem plurimum ad illuſtrandas Prouincias ingenia præclara. Nihil hic doctrinarum omnium intentatum, nihil inacceſſum reliquit, nihil non peruium fecit. Per omnium omnia facultatum, non ſine propitia ſanè Minerua, deuolutus eſt; quamuis eius quidam eleuent eruditionem, ac ſapientiam: ſolamq. contendant ſuſpiciendam in eo Chriſtianam mentem, ac pietatem ſinceram. Iam quâ mira calliditate, quibus eloquentiæ fulminibus Acephalitarum confoderit hæreſim, ac extirpauerit, longum eſſet enarrare. Obijt, Recaredo in Hiſpania regnante.

Idem Ioannes Maldonatns, in ipſo ſuo Sanctorum Libro,
De Tranſlatione S. Iſidori.

INter alias pacis leges, quas victor Fernandus Caſtellæ, ſimul & Legionis primus Rex, Benabeth, Mauro Hiſpalenſi Regi victo, ac profligato, dedit, hanc præcipuam ferunt: quòd pateretur, corpus ſanctæ Virginis Iuſtæ quod Hiſpali tenebatur, Legionem transferri. Quibus datis, acceptiſq. conditionibus, Aluitum Epiſcopum Legionenſem, & Ordonium Aſtoricenſem, Comitem Nugnum, atque Abbatem S. Mammetis cum Equitum turma, Fernandus Hiſpalim miſit. Illi reſponſo a Benabeth accepto, neſcire ſe vbi Iuſtæ corpus lateret; diſquirerent ipſi: quo ſe verterent incerti, tandem ad pias preces confugerunt. Peracta igitur triduana precatione, quam indixerat Aluitus: videre viſus eſt ipſe Aluitus in ſomnis venerandum quẽdam Antiſtitem huiuſmodi verba proferentem: ſat ſcio te cum tuis ſodalibus, Aluite, veniſſe, quo Diuæ Iuſtæ corpus vobiſcum auferatis, inque patriam comportetis. Scito tamen diuinæ menti non placere, Hiſpalim Iuſtæ reliquijs viduari. Proinde ne vacui omnino remeetis, meum vobis corpus conceditur, quod ſit apud vos pignus; fore me deinceps patronum Legionenſibus. Reueritus viri maieſtatem Aluitus, quæſiuit ex eo, quis eſſet, quo nomine vocaretur. Sum, inquit, Iſidorus, huius, qui fuit vrbis Antiſtes. Expergitus Aluitus, ac incertus, an vera vidiſſet; orauit Deum, vt iterum, ac tertiò moneretur. Quod ita contigit: nam bis poſtea Iſidorus apparens, eadem verba retexuit, vltimoq. loco corporis ſui ſepulturam ſceptro deſignauit: & mortem ipſi Aluito mox futuram denunciauit. Quæ cum ſodalibus, Regiq. Benabeth retuliſſet Aluitus, morbo correptus deceſſit. Rex Benabeth miratus rem prodigioſam, omnibus proſequendum officijs corpus Iſidori ſtatuit. Itaque Ordonius Aſtoricenſis Epiſcopus, alijq. ſodales mœſti aliquandiu morte Aluiti: tandem eius corpus, & ſimul Iſidori, Legio-

Digitized by Google

nem detulerunt; Quibus Fernandus Rex obuiam cum celebri pompa progreſſus, corpora intulit vrbi, diuerſiſq. in templis ex prædictione diuina tumulauit: Iſidori in templo Ioannis Baptiſtæ, quod a nouo poſtea hoſpite denominatum eſt; Aluiti in primario.

Pag. 23. lin. 21. nominandus, adde: Iſidorus. Hiſce tanti ponderis teſtificationibus accedit auctoritas Romanæ Eccleſiæ, quæ in ſacris illis Rogationibus, quas Litanias etiam vocant, Iſidorum inter Sanctos Doctores connumerat, atque veneratur. Extat in Bibliotheca Caſinenſi Codex litteris Langobardicis manu exaratus, qui inter alia, eas continet Litanias, quas Magnus Gregorius in grauiſſima Vrbis peſte decantandas inſtituit: atque & iſtis (cum non multò poſt tam ipſe Gregorius, quàm Iſidorus ad ſuperos abiijſſent) vterque Sanctis Doctoribus, Ambroſio, Hieronymo, & Auguſtino coniunctus eſt. In Romanæ quoque Baſilicæ Principis Apoſtolorum Bibliotheca, peruetuſtum MS. Codicem, quo illius Canonici Monachi Benedictini in Sacris vtebantur, legimus: atque in Litanijs, quæ in eo habentur, Gregorio, Ambroſio, Auguſtino, & Hieronymo, recenſitis, Iſidorus ſtatim ſubiungitur. Poſſem ſanè generis huius exempla & alia referre, quæ Iſidorum non modò in *Hiſpanijs*, ſed etiam Romæ, & reliquis præſertim Italiæ Eccleſiis inter Sanctos, eoſdemq. & Eccleſiæ Doctores, ab antiquiſſimis temporibus acclamatum eſſe, patentiſſimè item oſtenderent. At in re manifeſta hæc me dixiſſe, ſufficiat. Prætereo--

MS. Bibliot. Caſin. ſig. nu. 289. & apud Arnol VVion Lign. Vit. li. 5. c. 12.

Extat hic MS. ſign nu. 26.

Pag. 29. lin. 5. A. C. MDII. adde: Miſſalis etiam Hiſpani, quod S. Iſidorum dictaſſe dicunt, meminit Guitmundus Auerſæ Epiſcopus; eiuſq. teſtimoniis vtitur contra errores Berengarii Turonenſis, de Corpore, & Sanguine Chriſti. Circumfertur--

Guitm. de Corp & Sãg. Chriſti. li. 3.

Pag. 35. lin. 6. meritò numeratur. adde: Et iure quidem optimo; ipſe enim ſuam illam Doctrinam ex ſacris Litteris, ac ſanctis Patribus ſe hauſiſſe fatetur, vt dum ait: *Sunt pauca ex multis, quæ probabilium Virorum nouimus percepiſſe doctrinis: quorumq. eloquia proinde quibuſdam in locis a nobis intereſſe noſcuntur: vt ſermo noſter Paternis Sententijs firmetur.* Nam--

Iſid. Eccleſ. Offic. lib. 2. in fin.

Pag. 47. lin. 35. certum eſt. adde: Ad hæc, peruetuſtus Bibliothecæ Vaticanæ MS. Codex, ſign. num. 4951. qui quamplures alios ſanctorum Patrum Sermones in diebus Eccleſiæ Feſtis recitari ſolitos continet, & hunc ipſum Iſidoro noſtro inſcriptum ita habet: *Sermo B. Yſidori Epiſcopi, De Natiuitate Domini.*

Pag. 102. lin. 33. facilè potuerit. adde: Sed & alter litteris Langobardicis Codex MS. Vaticanus, ſign. num. 4948. etſi in eumdem Iſidori Librum, Prologi nomine, Argumentum ſolummodò habeat, nihilominus idē ipſum oſtendit: Sic enim ibi: *Incipit Prologus Libri, qui nuncupatur Synonima, id eſt, Domni Hiſidori Hiſpalenſis Epiſcopi. In ſubſequente hoc Libro.* Deſinit verò: *Aeternis præmijs remuneratus viuat cum Chriſto Domino, qui cum Patre, & Spiritu ſancto, &c. Amen. Explicit Prologus. Anima mea.*

Pag-

Pag. 126. poſt teſtimonium Lucij Marinæi, adde:

Ioannes Maldonatus Libro de Vitis Sanctorum.

ALfonſus Toleti, nobiliſſimis, Stephano, & Lucia, parentibus ortus, omniq. cura nutritus, liberalibus diſciplinis inſtructus eſt. Primum habuit præceptorem Eugenium, Toletanum Antiſtitem, a quo miram ob indolem Hiſpalim ad Iſidorum multijuga tunc eruditione pollentem, eſt miſſus. Duodecim apud Iſidorum commoratus annos, tandem fruge bona, doctrinaq. ſana imbutus, Toletum remeauit ad Eugenium. Poſtquam verò factus eſt ob vitæ candorem, peritiamq. non vulgarem, ab Eugenio Diaconus; mundi cupiens laqueos declinare, in Agalienſi Monaſterio, quod Coſmæ tunc erat & Damiano dicatum, inſigne pietatis Cucullum induit. Cui neque parentes iam prece, iam vi omnia tentantes, obſiſtere valuerunt, quin conſtanter in propoſito permaneret. Monachi non multò poſt in demortui Abbatis locum ſubrogarunt. Suſpiciebant ſiquidem in eo præter virtutes reliquas, æquitatem, morum facilitatem, prudentiam, raram ſanctitudinem. Tantus itaque fulgor, tanta veræ pietatis lux (quod ipſe timebat) latere non potuit. Eugenio namque vita functo, Cleri, Senatus, totiuſq. populi Decreto, Toletanus Archiepiſcopus eſt creatus. In quo quidem Præſulatu quantum verbo Alfonſus profecerit, quæ miracula ediderit, quàm multis fuerit nominibus de Virgine Matre benemeritus, non facilè dixerim. Cum dies Leocadiæ feſtus ageretur, & Clerus, frequenſq. populus conueniſſet; Alfonſus ad ſepulchrum Virginis accedens flexis ſuppliciter genibus, precabatur; & ecce reſerato repentè ſarcophago, Leocadia ſanctiſſima prodijt; videntibuſq. cunctis, & audientibus, Alfonſi merita de Virgine Maria cōmendauit. Porro Diua Leocadia, Præſule collaudato, redibat; & Alfonſus, ne res ſine teſtibus tanta poſteris referretur, arrepto Receſundi Regis, qui fortè tunc aderat, gladiolo, velaminis partem, quo caput Leocadiæ tegebatur, reſecuit: eamq. cum Regio ſimul cultro celebri pompa in ſacrarium intulit. Præterea cum nocte media, quæ feſtum Annunciationis, quod ipſe quindecimo Kalendas Ianuarias celebrandum inſtituerat, anteuenit, ad ſacra de more peragenda, phanum adiret (in limine primo fulgore quodam repentino perterritis, ac retrocedentibus miniſtris) intrepidus ad aram vſque proceſſit: & ibi precibus ſupplex intentus, Diuam Mariam in illo ipſo throno ſedentem, quo ſolitus erat ipſe, ſuſpexit. Quæ poſt diuina, quæ breuitatis cauſa ſubticemus colloquia cæleſti eum veſte donauit. Obijt tandem Diuus Alfonſus feliciter, ac ſanctè, cum deſediſſet in Epiſcopatu circiter annos nouem. Io. Mald. li. de Vit. Sāct. in Not. ad Alfonſ.

Pag. 135. lin. penult. deſignatur. adde: Hinc Ioannes Maldonatus veriſſimè teſtabatur: *Diua Leocadia iamdudum pro Chriſto mortem oppetiuerat, ſed tunc ſepulchro diuinitus excitata, prodijt ad laudes celebrandas Diui Alfonſi: & cum ſe recondere buſto pararet, velaminis partem reliquit tanti miraculi teſtem. Mariam etiam Virginem, & Matrem in colloquium cum Alfonſo veniſſe, muneraq. detuliſſe, non eſt dubitandum; quandoquidem multa Toleti viſuntur veſtigia, & manifeſta teſtimonia vtriuſque miraculi.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

RERVM, AC VERBORVM INDEX
horum trium Opuſculorum.

A

ALcuini Homiliarium. pag. 47
Andreas Salazarus Hiſp. Bened. 156
Angelorum naturam, & functiones latè pertractat S. Iſid. 47. & deinceps.
Antonius Auguſtinus antiquitatis periti ſſimus 99
Apum examen in os Iſidori infantis ingreditur, & egreditur. 24
Aqua reliquijs S. Gregorij Card. benedicta, quotidie mirabilia operatur. 145. 152. 154
Argumentum in lib. Synonimorum S. Iſid. 102
Auguſtinus S. Magni Gregorij diſcipulus, in Angliam Academias erexit. 22

B

BAlneorum vſus Monachis quando concedendus. 64
Baſilius Melanius, Monachus Caſinenſis, doctiſſimus. 114. 139
Benedictus Magnus, Monachorum Patriarcha, in omni vita ſua, ſacco vſus cilicino, duabus tantummodò vicibus in hebdomada paruiſſimum prægustabat cibum. In addit.
Benedicti S. Regulam commentatus eſt S. Iſid. 19 56 & 73. item alij 20. 30. 73
Benedictino Ordini S. Iſidorus abſque dubio adſcribẽdus, 18. & deinceps. Ne ab alijs, quàm ab eius Monachis Sacræ Litteræ docerentur, decretum, 21 Item, S. Ildefonſus 121. & deinceps. Bonitus S. Aruernorum Epiſc. 136. ac S. Gregorius Card. Epiſc. Oſtienſis. 143. 146
Benedictio Cilicij, & Cineris. In addit.
Bibliotheca Vaticana, eademq egregijs MSS. Codicibus prædiues, 40. 102. 110. 140. & in Addit. Caſinenſis, 7. 20. 33. 47. 49. 73. 99. 110. 122. 140. Caietano-benedictina noſtra, 20. 103. 114. 132. 145. Sublacenſis, 106. S. Benedicti prope Mantuam, 30. S. Galli apud Heluetios, 91. 99. S. Germani a Pratis Pariſijs, 101. S. Victoris Pariſ. 44. VVengartenſis Monaſt. in Germania. 99
Bononienſium Scriptorum opinio de morte S. Iſidori. 39.
Braulius S. ſcripſit Vitam S. Iſidori Hiſpal. 1. item ſermonem de eodem, 4. eius genus. 12. & 13
Breuiarium Card. Quignonij 15. Mozarabe 28. 140 Benedictino-hiſpanum, 12. 124. Giennenſe 122. 132. Romanum antiq. 131. Toletanum 130. 131. Monaſterij Beneuent. S. Sophiæ. in Addit.

C

CAietanæ Familiæ origo, antiquitas, nobilitas, & egregiè nauata ſtrenuitas, præſertim aduerſus Sarracenos. in Epiſt. ad Regem Cathol. Quibus in locis ſit propagata, ibid. & 107
Canonum auctoritas quanti ſit facienda. 35
Canones ex S. Iſidori Scriptis a Gratiano in ſuum Decretum relati, ibid.
Caroli S. Borrom. Card. præparatio ante mortem. in Addit.
Cellerarius Monaſterii ſapiens eſſe debet. 61 & 62
Ciborum menſura in Monaſteriis, 65. & 66 paruiſſimo cibo bis in hebdomada nutritur S. Benedictus, in Addit.
Cilicium cinere aſperſum induit S. Iſidorus ante mortem, 8. eius vſus apud ſanctos Patres. in Addit. Ritus benedicendi, ibid.
Cixila ex Bened. Agalienſi, Epiſc. Tolet. ſcripſit Vitã S. Ildefonſi. 111. 115
Compunctio cordis, quæ. 81
Concertationes ſacræ Conſtant. Abb. Caietani, 5. 18. 25. 29. 38. 39. 42. 120. 129. 137.
Concilij celebrandi formula a S. Iſidoro confecta. 39
Confeſſio peccatorum quomodo facienda. 82
Conflictus Conuerſorum. 79
Conſtantini Abb. Caietani Notæ, & variæ lectiones in Vitam S. Iſid. a S. Braulio ſcripta, 3 in Sermonem S. Braulij, 4. in Vitam S. Fructuoſi, 6. in teſtimon. S. Ildef. ibid. in obitum S. Iſid. 10. in Epitaphium Sanctorum Leandri, Iſidori, & Florentinæ, 11. in Vitam S. Iſidori ab Apoſtolica Sede approbatam. 69 Præfatio ad Lectores, 46. Notæ in Serm. S. Iſid. de Nat. Dom. 47. Notæ, & variæ lectiones in Serm. de Angelis, 49. Notæ, ac var. lect. ad Fragmenta Iſid. in Reg. S. Benedicti, 73. in Librum de Conuerſis Notæ, & var. lect. 92. Notæ, & var. lect. in Prolog. libri Synonimorum, 102. & in Addit. Præfatio ad Primatẽ Toletanũ, ac Epiſcopos, Zamorenſem, & Ouetenſẽ, earumq. Ciuit. Magiſtratus, 107. Notæ, & variæ lectiones in teſtimonium S. Iuliani Tolet. de vita S. Ildefonſi, 114. 139. Præfatio ad Epiſc. Pampilonenſem, ac eius Ciuit. Magiſtratum, 143. Vita S. Gregorij Card. Epiſc. Oſtienſis, 145. in illam Obſeruationes, 154. Sacrarum Concertationum libri citantur. 5. 18. 21. 29. 38. 39. 42. 120. 129. 137.
Conuerſorum materiam fuſius perſcribit S. Iſidorus, 76. & deinceps.
Cordis compunctio, quæ. 84
Corpus Dominicum, & Sanguinem quanta deuotione ſuſceperit ante mortem S. Iſidorus Hiſpal. 9. item S. Carolus Card Borrom. in Addit.
Corpus S. Iſidori Legione requieſcere oſtenditur, 42. S. Ildefonſi Zamoræ, 107. 118. 128. 129. S. Gregorij Card. Epiſc. in Eccleſia oppidi eius nomini dicato, prope Pampilonam. 150. miraculosè reperitur. 151 S. Iſidori Epiſcopi Siculi, Bononiæ putatur requieſcere. 45
Culpæ leuiores Monachi, ex Regula S. Bened. quomodo puniantur, 58. 61. & 67. item Grauiores, 59. 60 & 61.

D

DAmaſus S. Papa contra Canonum violatores, quid ſtatuerit. 35
Deſperatio peccatorum fugienda. 84
Deſtina, quid ſignificet. 4
Diſcipuli S. Iacobi Apoſtoli, Hiſpaniarum Epiſcopi ab eo ordinati. 5.
Dominicus Calciatenſis S. Abb. diſcipulus S. Gregorij Card. Epiſc. Oſtien. 148. 154. 159

E

EPiſtola S. Iſidori ad Maſonem Epiſc. 97
Ermenigildus VViſigothorum in Hiſp. Rex, martyrio affectus, 11. Iſidori ex ſorore Theodoſia nepos. 13

F

FErramenta Monaſterij ſunt cuſtodienda. 63
Flauius Dexter de S. Iacobi ad Hiſpanos prædicatione, 5
Florentina Virg. Abbatiſſa, ſoror fuit Sanctorum Leandri, Fulgentii, & Iſidori, 10. 11. 12. & 13. eius genus illuſtre ibid.
Fornicatio vnde naſcatur, 88. & 89
Franciſcus Comes a Caſtro, Siciliæ Prorex. 139
Franciſcus Feu-ardentius quædam S. Ildefonſi Opuſcula edidit. 114
Fructuoſus S. Abbas Bened. & Epiſc. Bracharen. compara-

para-

Digitized by Google

INDEX.

paratur cum S.Iſidoro Hiſpal. 6
Fulgentius S. Epiſc. Aſtigitan. Iſidori frater, 2. eius genus,& ſanctiſſima facta, 11.12.13.& 22

G

GOmeſani Abb. Ildenſis Prologus in Librum S.Ildefonſi,de Laude Virginitatis S.Mariæ. 141
Gregorij S. Card.Epiſc.Oſtien.Vita,& Actiones, 145 & deinceps.
Gregorius S.Papa quanti fecerit S.Leandrum Hiſpal. 11.S.Iſidoro Pallium mittit. 14. Inſtitutor eiuſdem fuit, 17. vt ſacræ Litteræ in Benedictinorum Scholis docerentur, præcepit. 21

H

HAereſis Heluidiana Deiparæ Virginitatem impugnans,ab Ildefonſo confutatur,108.114.118.130 131.132.
Hoſpites quomodo ſuſcipiendi, 68.& 69

I

IAcobus S.Apoſtolus Hiſpaniam peragrans, Chriſti fidem euangelizauit,5. Eccleſias extruit,& Epiſcopos ordinat,ibid. & in Præfat. ad Archiepiſcopum Hiſpalenſem.
Iacobus Breulius Benedictinus, 7.24.44
Ieiunij modus apud Monachos, 64.65.& 66
Ildefonſi S. Epiſc. Tolet. Vita,& Actiones, a pag. 107 ad 142. Planeta donatur a B. Virgine,113.118.119 129.& deinceps. Os aureum,& Anchora Fidei dictus,118.137. eius ſapientia, & libri, 137.& deinceps. ſunt approbati. 118
Ioannes S.Epiſc.Cæſaraug. S.Braulij frater. 12.& 13. eius genus, ibid.
Ioannes Grialus. 7 44
Ioannis Maldonati teſtimonium de S Iſidoro, in Addit. de eius tranſl. ibid. de S.Ildefonſo, ibid.
Ioannes Trithemius Abbas. 24.27.123.138
Infirmi quomodo tractandi. 63
Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi Vita, & Actiones hab. a pag. 1.ad 106. Sermo de Nat. Dom. 46. de Sanctis Angelis,47. Commẽtariorum Fragmenta in Reg.S. Bened. 56. Liber de Conuerſis,76. Epiſt. ad Maſonem Epiſc 97. Oratio pro peccatis. 103
Iſidorus S Epiſc. Siculus,diſcipulus S. Gregorij. 45
Iſidori tres in Hiſpania. 49
Iulianus S.Epiſc. Tolet.de S.Ildefonſo. 108

L

LEander S Epiſc. Hiſpal. Iſidori frater, 1. & 6. eius Epitaphium,genus illuſtre, ac egregia facta, 10 11.12 & 13.
Leo 4. Papa, Iſidorum,Doctorem, æquè ac Hieronymum,& Auguſtinum æſtimat. 23
Leouigildus VViſigotthorum in Hiſpania Rex, Arrianus, S. Leandri opera conuertitur, 11. & 12. eius vxor Theodoſia, S.Iſidori ſoror. 13
Libido vnde proueniat. 88.& 89
Libri,& Scripta S.Iſidori recenſentur, 25. Liber de Ortu, & Obitu Patrum,illius eſſe defenditur, 29 Liber de Conflictu Virtutum, & Vitiorum,non eſt Iſidori. 29. eiuſdem Libri ab Eccleſia approbati ſunt, 35. item S. Ildefonſi numerantur, 7. 109. 119 138. ſunt approbati. 118
Locuſtarum,& eruginum peſtem in Hiſpania S.Gregorius Card. diuinitus abigit. 148
Lucæ, Diaconi Eccleſiæ Tudenſis, teſtimonium de S. Iſidoro,15.de S Ildefonſo, 119 132
Lucij Marinæi teſtimonium de S.Iſidoro, 16. de S. Ildefonſo, 120. de S. Gregorio Epiſc. Cardinale Oſtienſe. 149

M

MAriæ Virginis Cæſarauguſtæ templum ædificat S.Iacobus Apoſtolus, 5. cæleſtibus gratijs ipſa Ildefonſum Toletanum donat,107.108.114.118.119 120.129.& deinceps. Eius Virginitas ab eodem Ildefonſo defenſa. ibid.
Martini S.Epiſc.præſidia, quæ. in Addit.
Martyrologij Romani teſtimonium de S.Iſidoro Epiſc. Hiſpalenſi, pag. 1. de S. Braulio Epiſc. Cæſaraug. 3 de S. Ildefonſo Epiſcopo Tolet. 108. de S. Iuliano Epiſc.Tolet. 110. de Sanctis alijs. 41
Mauri S. Abbatis abſtinentia,& veſtis aſperrima, in Addit.
Maximi S. Epiſcopi Cæſarauguſtani, Chron. MS. 22. 127
Miraculis plurimis illuſtratur S.Gregorius Card. 148 & deinceps.
Miſſale S.Iſidori in Hiſp. 28.& in Addit.
Monachus Ordinis S.Benedicti fuit Iſidorus, 18.& deinceps. item Epiſcopi, Leander, & Fulgentius, eius fratres,ac Florentina Virgo Abbatiſſa, ſoror, 11.& deinceps. atque Ioannes, & Braulio,Epiſcopi Cæſaraugg. fratres. 12.& 13
Monachus manibus debet operare, 67. eius veſtes, 69 quomodo ſuſcipiendus. 70.& 71
Mortis annus S.Iſidori certus, 38. Hiſpali mortuum eſſe Iſid. probatur,39. item S.Ildefonſi, 127. ac SS. Gregorij Card.Epiſcopi, & Dominici Calciatenſis, 154.& deinceps.

N

NOmen Iſidori variè ſcribitur, 47. item, Ildefonſi, 110.

O

OFficia Eccleſiarum Hiſpaniæ propria, 14. 15. 42 117.125.131
Ordo S.Benedicti de Eccleſia Romana optimè meritus, 146. item de Hiſpania.in Epiſt.ad Reg Cathol.
Oſtienſes Epiſcopi ab anno 1000.ad 1100. 155

P

PAulus Abbas ſcripſit in Regulam Sancti Benedicti. 20
Paulus, Diaconus Caſin. ſcripſit in Regulam S. Benedicti. 20
Peccatorum confeſſio, 82. item pœnitentia, 82. & 83 eorumdem deſperatio, 84. de peccato etiam, 86 & 87.
Petrus Diaconus Caſinenſis explicauit Regulam S.Benedicti,19 & 73. quando floruerit. ibid.
Planeta Ildefonſus donatur a B.Virg 113.118. 119. 129 & deinceps. vbi ſeruetur, 107.134.135. item,S.Bonitus Epiſc. Aruern. 136
Pœnitentia pro peccatis quomodo facienda. 82. & 83
Pons a SS. Gregorio Card. & Dominico Calciatenſi in Hiſpania extructus. 148
Primordia Conuerſorum. 78
Prologus in Librum Synonimorum S. Iſid. 101
Prophetiæ ſpiritu clarus S. Iſidorus, 16. item S. Gregorius Card.Epiſc. Oſtien. 149
Prudentius Sandoualius,Benedictinus,citatur, 6. 22 127. 128. 134. iam eſt Epiſc. Pampilonen. 143

Q

QVadrageſimæ obſeruatio. 68

R

RAbanus Maurus ſcripſit in Regulam S. Benedicti. 20
Ramimiri Galliciæ Regis obitus. 142
Recharedus in Hiſp. Rex a SS.Leandro, & Fulgentio Catholicus factus. 12
Redemptus deſcripſit obitum S. Iſidori. 7
Regulam S. Benedicti commentatus eſt S. Iſidorus, 19 56.& 73.item,alij, 19. 20.73.
Rodericus Toletanus de S. Ildefonſo. 118. 123. & 132

S

SAcerdotis lapſus,& reparatio diſquiruntur. 97. & 98
Sanctorum exempla quanti ſint facienda. 80
Sententiæ, ac conſilia ex S.Iſidori libris collecta. 27
Sermo S. Iſidori de Natiuitate Domini, 46. item de

de ſanctis Angelis. 47

Seuerianus Dux Carthaginis Spartariæ, Theodorici Regis Italiæ,& Hiſp. filius fuit, pater verò ſanctorum Leandri,Fulgentij,Iſidori,& Florentinæ, 11.12 13.& 14. eius vxor, Turtura, ibid.

Siſiberti Epiſcopi Toletani audacia punitur, 114 & 119

Smaragdus Abbas explanauit Regulam S. Benedicti, 19.& 73. quando vixerit, ibid.

Spalis,& Spania, loco, Hiſpalis,& Hiſpania, 115

Stephanus Abbas ſcripſit in Regulam S. Benedicti, 20

Superbia peccatis aliis deterior. 87

T

Theodora, aliis Turtura, vxor Seueriani Ducis Carthaginis nouæ. 11.12. 13.& 14

Theodoſia, ſanctorum Leandri, Fulgentij. Iſidori, & Florentinæ ſoror, fuit vxor Leouigildi Regis, 13

Thomæ Trugilli teſtimonium de S. Gregorio Epiſcopo Cardinali Oſtienſi. 145

Toletani 8. Concilii teſtimonium de S. Iſidoro, 23

V

Veſtimenta Monachorum. 69

Vincentius Beluacenſis de S. Ildefonſo. 19

Virginitas B Mariæ ab Ildefonſo defenditur, 108 114. 118. 130. 131 132

Vita S. Iſidori, Epiſcopi Hiſpalenſis,ſcripta a S. Braulio,1. Apoſtolica auctoritate approbata, 14. item S. Ildefonſi Epiſcopi Toletani, 111. 117. ac S. Gregorii Cardinalis Epiſcopi Oſtienſis, 146. & deinceps.

VVlſæ Epiſc. Hiſp. Chron. MS. 127

Errata.	*Pag.*	*Lin.*	*Corrige.*
	5	43	dele, ly,Magnus.
aſſeruatur	11	9	aſſeruabatur.
in ſequentem	15	13	in præcedentem.
ſubiecto	20	10	argumento.
illo	20	19	illi.
perducant	33	1	perducunt.
ſex oculatis	39	antepen.	ex oculatis.
ſubiecto	73	32	argumento.
conſuetudine	104	22	conſuetudo.
Hiſpalenſem	111	36	Spalenſem.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google